Gurney

NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
1 C
21
13-1. f. 34.

LVCERNA INQVISITORVM HAERETICAE PRAVITATIS

R. P. F. BERNARDI COMENSIS
Ordinis Prædicatorum:

Et eiuſdem Tractatus de Strigibus.

Cum annotationibus FRANCISCI PEGNAE Sacræ Theologiæ & iuris vtriuſque Doctoris.

ADDITI SVNT IN HAC IMPRESSIONE duo Tractatus IOANNIS GERSONI, *vnus de Proteſtatione circa materiam fidei, alter de Signis pertinaciæ hæreticæ prauitatis.*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS,
Apud Marcum Antonium Zalterium. M D XCVI.

SEQVENTIA CARMINA erant in ueteri impreſſione.

IO. ANT. DE COMITE.

Impia qui ſacro quærendi munere preſtas:
Crimina ſerpentis turpiter hæreſcos
Præuia ſi fuerit tibi clara lucerna tenebris,
Tunc poteris ſanctam cernere iuſtitiam.
Hæc etenim radiis totum ſplendeſcet in orbem,
Et tua luminibus lumina clara fores.

F. A.

Qui contra hæreticos quęrendi munere ſancto
Fungeris, a recto cedere non poteris.
Nec tenebris vnquam tantillum offendere cæcis,
Quolibet impleta tu gradiare uia
Iſta lucerna tuis fuerit ſi præuia plantis,
Quæ tibi præfulgens lumina clara dabit.

F. A.

Abdiderim latebris quamuis me tempore multo,
Attamen ipſa mea luce lucerna vocor.

FRANCISCVS PEGÑA LECTORIS.

GRatus mihi ſemper Reipublicæ literatorum, & vtilis fuiſſe videtur multorum eruditorum labor, qui vt facilius aliorũ ſtudia iuuarent, ordine alphabetico ea collegerunt in vnum, ac digeſſerunt, vt commodius inuenirentur, quæ ſæpe difficilius, ac cum multo temporis diſpendio poterant inueniri: teſtes huius rei ſunt locupletiſſimi, viri graues, qui & ſuperioribus & noſtris etiam ſæculis Lexica, ſiue Dictionaria iuris præſertim canonici & ciuilis compoſuerunt; quorum laboribus, quantum proficiant litterati, in primis uero illi, qui varijs ſunt negotiorum quaſi fluctibus obruti, experientia quotidiana aperte demonſtrat. Idem ille labor in una interdum re uel materia ſuſceptus gratiſſimus, & utiliſſimus eſſe ſolet: nam ut alias res & diſputationes nunc omittam, in cauſa hæreſis ſatis conſtat multum fidei iudicibus, conſultoribus, & cæteris ſacri tribunalis miniſtris, hoc ſcribendi genus profuiſſe; in quo Auctor Repertorij Inquiſitorum merito laudandus eſt, & Ioannes quoque Rojas, in ſingularibus fidei, & Simancas, de Catholicis inſtitutionibus, qui ordine item alphabetico cuncta nititur complecti ad ſacrum officium ſpectantia. Bernardus etiam hic Comenſis idem argumentum

tractans, eodem ſeruato ordine procedit: Cuius Lucernam cum à multis deſiderari ſcirem,& frequentibus etiam multorum uocibus interpellaret,ut eam correctam, & (ſi fieri poſſet) auctam in lucem darem, non ſum paſſus iuſta hæc petentium uota irrita fieri. itaq; his duobus menſibus proxime lapſis,quæ maioribus & grauioribus ſtudijs tempora ſubtrahere, & quaſi ſubfurari poteram, libenter ad hanc rem pręſtandam conferebam. Conſulto itaque ueteri manuſcripto exemplari, quòd in officio Sanctæ & generalis Romanæ Inquiſitionis repertũ fuerat, & auctoribus præterea,quorum teſtimonio Bernardus utitur, Lucernam hanc multis mendis oppletam, emendauimus, & breuibus quiquſdam notis auctam edendam tradidimus. Illæ uero notę maiori ex parte indicant loca Directorij Inquiſitorum Nicolai Eymerici,in quibus copioſius uel Eymericus, uel nos in Commentarijs diſputationes eas tractamus, quas breuiter hic mouet Bernardus. Lucernam præterea comitatur eiuſdem tractatus de ſtrigibus ſiue lamijs,& duo alij Ioannis Gerſoni, quorum alter eſt de proteſtatione in materia fidei,alter uero de ſignis pertinaciæ hæreticæ prauitatis, quos etiam & emendauimus,& paucis quibuſdam annotatis fortaſſis illuſtriores reddidimus. Hæc te ſcire uoluimus Lector beneuole. Tu leues hos labores boni conſule. Vale. Romæ ex bibliotheca noſtra, Kal. Auguſt. ann. 1584.

IN-

INDEX VERBORVM, DE QVORVM MATERIA TRACTATVR HOC LIBRO.

A

Abiuratio pag. 1
Abſoluere 2
Aduocatus, &
Aduocare 3
Appellatio,
Appellare 4
Apoſtata, &
Apoſtaſia 12
Arbiter 12

B

Bona hæreticorum 13

C

Capere, &
Captura 16
Carceres 17
Cautelæ quædam 17
Citatio, &
Citari 19
Clerici 21
Commiſſio, &
Committens 23
Confeſſio, &
Confeſſus 24
Conſentire 27
Contumax 27
Conuinci, &
Conuincere 28
Chriſtiani iudaizantes 29
Cruceſignati 29
Cuſtos carcerum 30

D

Dæmones inuocare 31
Defenſio 32
Defenſor hæreticorum 32
Diuinatio 33
Dubius in fide 34

E

Errans in fide 35
Examinatio teſtium 35
Exceptio 36
Excommunicatus, &
Excommunicatio 37
Executio contra damnatos 38

F

Fama 40
Fautor hæreticorum 41
Fideiuſſor 42
Filij hæreticorum 43
Fuga, &

Fugi-

Fugitiuus 44

H

Hæreſis, & Hæreticus 45

I

Ieiunium 49
Imagines 49
Impedientes officium Inquiſitionis. pag. 50
Implorare auxilium a Dœmone pagina 51
Impœnitens 51
Indicium 53
Indulgentia cruceſignatorum 55
Indulgentia eorum, qui fauent Sanctę Inquiſitioni 56
Infamia 57
Iniurians Inquiſitorem 59
Inquiſitio 60
Inquiſitor hæreticæ prauitatis 62
Inuocare dæmones 66
Iudæi 70
Iudex, &
Iudicare 72
Iudicare 72
Iuriſdictio 74

L

Litis conteſtatio 74
Locus iudicij 75

M

Mala fides 75
Male ſentire de ſacramentis 76
Matrimonium contrahens 76
Minor xxv. annis 77
Modus procedendi contra mortuos pag. 78
Monitio iudicis 79
Mortui hæretici 79

N

Nobilis 80
Nomina accuſatorum, vel teſtium 81
Notarii 82
Notorium 83
Nox 84

O

Offendens 84
Officiales 84
Ordo iuris 85

P

Pertinax 86
Pœna pecuniaria 89
Practica procedendi 88
Præcipitur 90
Prædicatores 92
Præſidentes 92
Prçſumptio 93
Probatio 95
Procedere 97
Procurator 96
Purgatio canonica 100

R

Recuſatio Inquiſitoris 104
Redire 105
Relapſus 108

S

Sacerdos celebrans 112
Sacramentis abuti 112
Secta ſtrigiarum 112
Sententia 113
Sorti-

Sortilegia 116
Statutum 117
Summarie 117
Suſpicio 118

T

Taciturnitas 119
Teſtes 120
Tortura 124
Tradere copiam iudiciorum pag. 136

V

Verba hereticalia proferens. pag. 137
Vicarius 138

LVCERNA INQVISITORVM HAERETICAE PRAVITATIS

R. P. F. BERNARDI COMENSIS ORDINIS PRAEDICATORVM.

CVM NOTIS FRANCISCI PEGÑAE
Sacræ Theologiæ, & iuris vtriuſque Doctoris.

ABIVRATIO.

1 ABiurationis forma, & qualiter debeant abiurare hæretici redeuntes ad unitatem Eccleſiæ, colligitur 1. quæſt. 7. quoties cordis, & ca. ſaluberrimum. & de conſe. diſt. 5. ego Berengarius.

2 Abiurare tenetur quicunque hęreticus, uel ſuſpectus, aut infamatus de hæreſi, ſed & fautor aut defenſor hæreticorum, ſi vult redire, & euadere pœnam mortis, cap. ad abolendam. de hæreticis. ibi, pręſenti nihilominus, & cap. ut officium, extra. eod. tit. lib. 6. facit cap. accuſatus. eiſdem tit. & lib. in principio.

3 Tales poſſunt compelli ad abiurandum, ut dicit Panor. in gloſ. ſponte, dict. cap. ad abolendam. Facit glo. in uerbo, cautelam. 11. quęſt. 3. cap. cum aliquis.

4 Abiurationem hanc poteſt recipere Inquiſitor ſine diœceſano, quod bene notabis arg. opti. in dict. cap. ut officium. §. ſi quis uero. & gloſ. ibi in uerbo, conſueuit. Probatur etiam, quia ordinarius id poteſt, dict. c.

ad abolendam.ubi ſupra cum ergo Inquiſitor ſit delegatus cap.per hoc, & cap.ne aliqui.eodem.tit.li.6. & delegatus poteſt quicquid poteſt Ordinarius in cauſa ſibi delegata, quia gerit uices delegantis.cap.ſane quia. de offic. delegati. ſequitur quod Inquiſitor poteſt eam recipere per ſe. Confirmatur: quia hoc non eſt de illis prohibitis, quę non poteſt Inquiſitor ſine diœceſano, neque econuerſo, per Clemen.1. extra. eo.tit. quia quod de vno hic prohibetur, de alio permittitur.25.diſt.qualis. de præſumpt.cap.nonne, & glo.ibi in uerbo, tacendo. Facit.25.quęſt.3.c.ex eo. ff.de iudi.cum prætor.23.quæſt.2.latorem.

ANNOTATIONES.

1 Abiurationis forma &c.] *de formula abiurationis copioſe Eymericus in Directorio Inquiſit.par.3.in 4.5.& 6.modo proceſſum fidei terminandi. Turrecremata in Summa de Eccleſia, lib.4.par.2.cap.22. Ioannes Roias in ſingularibus fidei, ſingul.1. Conradus Brunus lib.3.de hæreticis, cap.6. Repertorium Inquiſit. verbo, abiuratio. Simancas de Catho. inſtit.tit.1. inſtructio Hiſpalen. anno 1500. poſt cap.4. & alii. De forma abiurandi ſchiſma uide Turrecrematam in Sum.de Eccleſ.lib.4.par.1.cap.15.& Conradum Brunum lib.3.de hæret.cap.6.*

4 Abiurationem hãc poteſt recipere Inquiſitor ſine Diœceſano.] *Eandem ſententiam profitetur Camillus Campegius apud Zanchinum cap.8.verſ. diffinitiuam. Sed tutior eſt contraria opinio, ut dixi apud Eymericum in Directorio Inquiſit.part.3.ſuper quæſt.48.*

ABSOLVERE.

1 ABſoluere poteſt Inquiſitor ſuos cruce ſignatos a cenſuris multis, & eorum vota commutare, ut patet in priuilegio, quod incipit; Malitia temporis. De hoc habetur etiam infra. indulgentia.§.2.3.4.

2 Abſoluere poteſt Inquiſitor per ſe hæreticos uel ſuſpectos de hæreſi, qui abiurata hæreſi, redire uolunt ad unitatẽ Eccleſiæ, & eis pęnitẽtiã imponere, prout ſimilibus iniungi conſueuit, dict.c.ut officiũ, & glo.in uerbo.contra eos.Clem.1.eo.tit. Idem dom.Card. Zabar.ſuper dict.Clem.1.verſ. duro. quęſito quinto. ubi ad hoc plures opiniones contrarias adducit, & tandem concludit, ſtandum eſſe cum prædicta gloſ. quia uitãda eſt iuris correctio.de elect.cap.cum expediat.li.6.C.de teſta. Sancimus. Aliqui tamen, & forte melius, intelligunt, quod Inquiſitor per iſta iura poteſt abſoluere, ideſt, liberare ex toto aliquem infamatum de hæreſi, qui tamen innocens reperiatur, ſed quod non poſſit pœnitentiare redeuntem hæreticum ad fidem, ſine diœcaſano; quia, ſecundum iſtos, ſententia, qua imponitur pœnitentia pro hæreſi, dicitur contra eos. uide

ad hoc

ad hoc dict. Card. Zabarellam in dict. quæſito quinto, in fin.

ANNOTATIONES.

1 Malitia huius temporis.] *Hæc Extrauagans eſt Innocentii IIII. habetur inter literas Apoſtolicas pro officio Sanctæ Inquiſitionis in fine Directorii Inquiſit. Pius V. omnia priuilegia Crucesignatorum cõfirmauit anno Domini 1570. reſcripto quodam incipien. Sacroſanctæ Romanæ. cũ quadam modificatione. habetur item inter literas Apoſtolicas pro officio S. Inquiſitionis in fine Directorii.*

2 Abſoluere poteſt Inquiſitor per ſe hæreticos.] *quamuis hæc ſententia fortaſſis ſit verior de ſtricta iuris ratione at cõtraria tutior eſt, ut late dixi apud Eymericum in Directorio Inquiſit. par. 3. q. 48.*

ADVOCATVS, ET ADVOCARE.

1 Aduocatis prohibetur ne præſtent auxilium, conſilium, vel fauorem hæreticis vel eorum fautoribus & defenſoribus, c. ſi aduerſus. extra eod. immo in officio contra hæreticos vel de hæreſi ſuſpectos poteſt procedi ſine aduocatorum ſtrepitu, c. ſi. extra. eo. lib. 6. in princip. Aduocati enim non admittuntur in cauſis vbi proceditur ſimpliciter & de plano. Gemi. ſuper d. c. ſi. eiſdem tit. & lib.

2 Aduocare poteſt Inquiſitor quoslibet peritos, & eis iniungere poteſt in uirtute obedientiæ, ut ei in ferendis ſententijs aſſiſtant, & conſilium opportunum præbeant. c. vt commiſſi. eiſdem. tit. & lib. Relinquitur arbitrio vel diſcretioni Inquiſitoris cõuocare quos uoluerit & quando uoluerit. Gemi. ſuper d. c. ut commiſſi, §. Aduocandi.

Nõ intelligit' de quolibet literato, puta medico, ſed de Theologis, Canoniſtis, & Legiſtis. Gemi. ibid. in uerſ. Quæro quis dicatur hic peritus.

3 Debet autem Iuriſperitus ſic uocatus eſſe in conſilijs cautus, in patrocinando fidelis, in iudicando iuſtus.

Nec debent tales ſic uocati exigere ſalarium, cũ negotium fidei quiſque defendere teneatur, 11. q. 3. nolite, el 2. Gemi. ibidem, in uerſ. quæro an gratis.

4 Nota tamen, quia iudex non tenetur ſequi conſilium, quamuis lex dicat quod faciat de conſilio. Panor. in c. cum in ueteri. de elect. in gloſ. in tractatu.

ANNOTATIONES.

4 Nota tamen quòd iudex non tenetur ſequi conſilium.] *Recte dicit, quia conſultorum ſuffragia non ſunt deciſiua, ſed conſultiua, vt late docet Ioannes Roias tract. de hæret. par. 1. num. 409. & multis ſeq. Sed obſeruanda ſunt in hac cauſa, quæ docui apud Eymericum in Directorio Inquiſit. par. 2. ſuper q. 78.*

APPELLATIO, ET APPELLARE.

1 APpellationis beneficiũ expreſſe eſt interdictum hereticis & eorum fautoribus & defenſoribus, c.ut Inquiſitionis,eod.tit.lib.6.Confirmatur in conſtitutione Federici, quæ incipit: Commiſſi uobis. Ad idem Clem.ſæpe.de uerb.ſigni.cum in negotio hæreticæ prauitatis poſſit procedi ſimpliciter,& de plano,& abſque iudicii ſtrepitu & figura,c.fi.eod.tit.lib.6.præterea in crimine læſæ maieſtatis non appellatur, vt probatur per Angelum in tractatu maleficiorum clauſula,præſente Caio & appellante,col.3.poſt illud.Et nota per d.l. non tantum,cum ergo crimen hæreſis æquiparetur crimini læſæ maieſtatis,ut dicit dominus Card.Zabar. in Clem.ex graui.de uſuris. quæſito 2ſ.& Ioan.de Imo.in d.Clem.ex graui,ſuper gl.fin.& Ang.in prædicto tractatu,clauſula,che hai tradito la patria,col.3.in fi.immo ſit grauius,c.uergentis.de hæreticis, ſequitur quòd nec in crimine hæreſis debeat appellari.

2 Quidam tamen dicunt, ut Gemin.in dict. cap. ut Inquiſitionis, quòd hæreticis, & eorum fautoribus tantummodo eſt interdicta appellatio a ſententia diffinitiua,uel poſt ſententiam diffinitiuam, non autem ab interlocutoria ſeu a grauamine facto in proceſſu.Dominus autẽ Card.Zabar.in Clem. ſæpe.de uerbor. ſignif.in col.2.ibi. Non oppo. ſeu in nono contrario.ibi,Ad ſciendum,dicit,quòd iudex fortius in ſummarijs,quam in aliis cauſis reiiciet appellationes cauſa differendi iudicium, ſeu fruſtandi, aut protelandi litem, uel cauſa ſubterfugii factas, etiam non reprobatas a iure.

3 Quid autem operetur remotio appellationis, dominus Ioannes Bertachinus in ſuo Repertorio,in uerbo,clauſula;appellatione remota,dicit quod operatur hoc,quia iudex a quo,non tenetur appellationi deferre.

4 Remotio appellationis tres operatur effectus,ut dicit Panor.in c.paſtoralis.de appel.in gl.1.in 1.quæſt.& not.cap.ut debitus,eo.tit. Et cõfirmat Hoſtien.in Summa, tit.de appel. §. quomodo decre. ut debitus. uer.præuaricatores legis,ibi,quarto, & ibi,quinto.

Primus effectus eſt,quod vbi proceditur appellatione remota, iudex a quo appellatur, non tenetur appellationi deferre, vnde talis appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem eius.

Secundus effectus eſt,quia iudex non deferens huic appellationi,quãtumcumque probabili,non punietur, ex quo a iure non indulgetur expreſse,quia hoc fecit auctoritate iuris,ergo non peccauit.23.q.4.qui peccat.& l.Gracchus.C.de adult.

Tertius effectus eſt reſpectu attẽtatorũ poſt appellationem, quia nõ reuocabuntur per viam nullitatis,licet per ſuperiorem poſſunt reuocari

potius

potius per viam quærelæ, quam per viam nullitatis. Videas effectus per Panor. poſitos in dict. cap. paſtoralis. ibi. ſupra, & alios plures poſitos per eundem Panor. in dict. cap. vt debitus.

5 Nota tamen ſecundum eundem Panor. in dict. cap. paſtoralis. vbi ſupra, ibi: Ad ſecundam quæſtionem, quòd omnis appellatio expreſſe a iure approbata, videtur permiſſa, licet iura non loquantur, quando appellatio eſt remota: exemplum, vt in cap. ſignificante &c. Rodulphus. de reſcript. cum ſimilibus, quia grauamen videtur notorium, & per conſequens nihil debet operari remotio appellationis, & pro hoc vide notabilem gloſ. in cap. ex conquæſtione. de reſti. ſpoli. quæ dicit quod remotio appellationis non impedit appellationem, quando quis manifeſte grauatur.

6 Et quia interdum contingit quod in officio inquiſitionis aliqui cauilloſe appellant, vt proceſſum inquiſitionis impediant, ſeu retardent, vel ipſum Inquiſitorem confundant, ideo malitiæ talium volens obuiare, & vt inquiſitor ſciat quid in ſimilibus agere debeat, vt a talibus cauillationibus ſe defendat, aliqua notabilia circa materiam appellationis hic ſubnectere curaui, prout diuerſis in locis reperi & collegi.

Primum notabile eſt, quòd ſi quis appellat a ſuſpecto iudice, ille iudex non debet propterea dimittere quin procedat, quia primo eſt proponenda recuſatio, & ſi iudex eam non admittit, ſi ſit iuſta, tunc eſt appellandum. Hęc in gloſ. in verb. debuiſſet, cap. nouit. de appel. Confirmat Panor. ibidem in prin. ibi, Nota vltimo.

Secundum notabile eſt, quod appellans cogitur recedere ab appellatione legitima, quando iudex reuocat grauamen. cap. cum ceſſante. de appel. cap. ſi a iudice. eod. tit. lib. 6. in fi. vide ad hoc Gemi. in cap. vt ſupra. eod. tit. ibi, Sed quæro an iudex. Ad hoc facit gloſ. fi. in cap. ex parte tua. eo. tit. confirmat Panor. in dict. cap. cũ ceſſante. in prin. vbi dicit, quod in reuocatione interlocutorię, & cauſę reaſſumptione, non exigitur partium conſenſus.

Tertium notabile eſt, quod iudex uolens reuocare grauamen, & corrigere errorem ſuum ſine ipſius prę iudicio, & ſuæ iuriſdictionis, debet dicere: ego non credo te grauaſſe, & ſi in aliquo te grauaui, illud reuoco. Hęc in gl. d. c. cum ceſſante. ibi, Aduertat qualiter corrigat errorem ſuum. Sed Panor. ibidem in d. c. fi. dicit, quod ſi iudex, in ueritate ipſum grauauerat, non debet mentiri, dicendo, non credo te grauaſſe, ſed poterit uti aliis duplicibus uerbis ad ſaluandum decorem ſuum, iuxta notata in c. qualiter & quando, el 1. de accuſa.

Quartum notabile eſt, quia ad hoc quod appellatio ante ſententiam diffinitiuam ſit ualida, decem requirũtur, quæ enumerat Archidiaconus in cap. Non ita, 2. quęſt. 6. quorum ſi unum defuerit; appellatio non ualebit.

lebit. Primum eſt cauſa grauaminis illati vel comminati: Secundum quod ſit legitima, Tertium, quod ſit vera, Quartum, quod ſit expreſſa, Quintum, quod non fuit admiſſa ſua petitio: Sextum, quod ideo quia non admittebatur, extitit appellatum, Septimum, quod fiat in ſcriptis, Octauum, quod petantur Apoſtoli, Nonum, quod ſi appellatus hoc petierit, veniat inſtructus appellans, Decimum, quod fiat infra decem dies. Hæc omnia Archid. vbi ſupra, quæ omnia probat ibidem.

Quintum notabile eſt, quod iudex a quo appellatur, poteſt præfigere terminum conuenientem ipſi appellanti ad proſequendam appellationem, conſiderata tamen locorum diſtantia, negotii & perſonarum qualitate, glo. in verbo, præfixerit, c. perſonas, eod. tit. c. cum ſit Romana, eod. tit. c. peruenit, eod. tit. & glo. ibi. in verbo, compellas, in c. conſuluit. ibi, illos autem, & gl. ibidem, in uerbo, coge. in c. ſæpe contingit. eod. tit. ibi, quia tamen. & gl. ibi, in verbo, obtineat. in c. ad hæc. el 2. eod. tit. confirmat Panor. in d. c. perſonas, in princ. & in d. c. cum ſit Romana, in princ. & in c. ad aures. eod. tit. confirmat etiam Gemi. in c. cum appellationib. eod. tit. lib. 6. in §. ſi vero. in 1. col.

Sextum notabile eſt, quod etiam iudex qui non detulit appellationi, poteſt ſtatuere talem terminum ipſi appellanti, etiam ſub excommunicationis pœna. hæc Guil. in Specul. tit. de appell. §. ſequitur videre in forma. Confirmat Gemi. in dict. cap. cum appellationibus, poſt prædicta, ibi, Sed quid econuerſo. Et in cap. 1. eiſdem tit. & lib. §. in quibus. ibi, ſed nunquid.

Septimum notabile eſt, ꝙ iudex a quo appellatur, præfigendo terminum ad proſequendum appellationem, non dicitur deferre appellationi. gl. eſt ſingularis in verbo, remittenda, d. c. cum appellationibus. Confirmat Panor. in c. cum cauſa, de ſent. & re iud. in prin. in ſecundo notabili, & in c. oblatæ. de appel. in prin. in ſecundo notabili.

Octauum notabile eſt, quod elapſo termino præfixo a iudice a quo, ipſi appellanti, etiam ſi iudex detulerat appellationi, ſi appellans non fuerit proſecutus ipſam appellationem, ex tunc iudex ipſe a quo fuerat appellatum, procedet in cauſa. Hæc in gl. in uerbo, ex tunc. d. c. perſonas, & in d. c. peruenit, & in d. gl. compellas, & in d. c. conſuluit, & in d. gl. in verbo, coge. & in c. reprehenſibilis, eod. tit. ibi, ſi uero. & ibi in gl. in uerbo, tunc epiſcopus. in c. ad aures, eod. tit. & in c. cum ſpeciali, eod. tit. in gl. in uerbo, terminum, & in c. cum cauſa. de ſent. & re iud. in glo. prima, & ibi. Panor. diffuſè. Immo ipſe terminus ſic præfixus a iudice, erit loco peremptorij, & ac ſi peremptoriè uocatus non veniret. dict. cap. ſæpe contingit, & dict. glo. obtineat. & gl. fi. dict. c. perſonas, & in d. gl. prima, d. c. cum cauſa.

Nonū notabile eſt, quòd notanda eſt vna bona limitatio circa prædicta,

cta,quia iudex a quo appellatum eſt, poteſt quidem præfigere terminũ ad proſequendam appellationem, hoc eſt arripiendum iter, & ad ſe præſentandum ſuperiori,ad quem eſt appellatum,ut dicit glo.in uerbo. expectato.cap.ex inſinuatione.de appel. & glo.in uerbo, Recifius. cap. cum ſit Romana.eo.tit. circa medium ipſius glo. non tamen poteſt pręfigere terminum, & arctare appellantem ad finiendum uel ad redeundum cum litteris impetratis, quia hoc eſſet imponere legem ſuperiori, ideſt,domino Papę,dict.cap.ex inſinuatione,& glo.ibidem, in uerbo,re uerſa.Confirmat Panor.ibidem.

Decimum notabile eſt ad obuiandum fraudibus, cum plerumque appellatur cauſa differendi negotium,notandum eſt,quod interdum a iudice a quo appellatur,præfigitur terminus appellanti,non ſolum ad ſe pręſentandum iudici ad quem appellatum eſt, ſed etiam ad faciendam fidẽ ipſi iudici a quo, de præſentatione ſeu de proſecutione appellationis. Et licet videatur dubium, an iudex poſſit talem terminum ſtatuere, dicunt tamen domini de Rota, deciſione 149. quod ſi iudici non ſit fides de præſentatione ſeu proſecutione,ubi terminus fuit datus ad proſequẽdũ, poterit iudex à quo, irreprehenſibiliter ſententiam executioni mãdare. Et dato, quod Fredericus de Senis in conſil. 127. videatur dubitare, an iudex potuerit talem terminum præfigere, concludit tamen, quod tali termino præfixo,ex quo non fuerit contradictum, operabitur effectum præmiſſum.Idem etiam concludit Panor.ibidem immediate. Hæc omnia ex Panor.ſuper cap.perſonas, eo.tit.in glo.2.uide ibi omnia diffuſe, & bene pondera.uide ad hoc.dom.Card.Zabar.in Clem.1.de appel.quæſito 23.& etiam quæſito ultimo.

Vndecimum notabile eſt, quod aſſignando terminum appellanti ad recipiendam reſponſionem,uel ad recipiendos apoſtolos, non dicitur iudex deferre appellationi,gl.eſt in uerbo,exhiberi.c.primo,de appel.lib. 6.& gl.in uerbo,remittenda. c.cũ appellationibus.eiſdem tit.& lib. Nec ẽt tradendo apoſtolos refutatorios cẽſetur deferre appellationi. Ad hoc eſt glo.optima in.d.uerbo,exhiberi.& glo.in uerbo,admittat. dict.c.cũ appellationibus.

Duodecimum notabile eſt,quod in gl.fi.Cle. 2.de appel.notantur 4. caſus contra appellantem, & tres contra iudicem, & duos alios addit contra eundem,& de pœna ipſius appellantis,& pœna ipſius iudicis denegantis.

Tertiumdecimũ notabile eſt,qđ appellationi friuolæ iudex nõ debet deferre, qa nec ius defert,dict. c.cum appellationibus. & glo. ibidem in uerbo,deferendũ.Et uidetur ſufficere ſi iudex reſpondeat appellãti dicẽdo:huic appellationi non defero qa friuola eſt,abſque eo qđ aſſignet cauſam,quare ſit friuola.Facit in ſimili cap.ex parte,de appel.ubi ſufficit dicere,

cere,appello,quia locus non eſt tutus,licet nō aſſignetur cauſa,quare nō ſit tutus.Gemi.in dict.cap.cum appellationibus:in princip.

Quartumdecimum notabile eſt,quod appellatio dicitur friuola quatuor modis;primo quia nulla cauſa fuit ibi expreſſa:ſecundo , quia non fuit legitima, dato quod eſſet uera:tertio,quia fuit manifeſte falſa, licet fuiſſet legitima:quarto,quia iam erat pronūciatum illam eſſe falſam, & non fuit appellatum.hæc in glo.fin.Clem.unica.de do.& contu.in prin. Additur quintus modus , uidelicet ſi non eſt facta in ſcriptis.dominus Card.Zabar. in d.Clem. unica, quæſito quarto.ibi,& quo ad primum. Quæ requirantur ad hoc quod ſit ualida appellatio , requiro ſupra in quarto notabili,ubi plura enumerantur per Archid.

Quintumdecimum notabile eſt,quod iudex non deferat appellationi niſi euidenter pateat ipſi iudici ipſam appellationem tenere,unde ſi non credit ipſam tenere,non deferat ei.glo.eſt ſingularis & longa,in cap. ad Romanam.2.q.6.circa medium.glo.ibi,ſcias quod niſi iudici. Immo bene facit iudex non deferendo appellationi , quando putat ex falſa cauſa appellatum.Hoc in glo.3.in Clem.vnica.de do.& contu.

Sextumdecimum notabile eſt,quod ſi iudex dubitat de cauſa appellationis,an ſit probabilis vel non,poteſt ſummatim inquirere de ea,uel ſeorſum , extra formā iudicii inquirendo , ut dicit gloſ. illa ad Romanam, Quæ autem dicatur cauſa probabilis. iudex ſententiabit in hoc ſecundū quod ſibi uidebitur,habita tamen collatione ſapientum,ſi non eſt certus arg.ff.de arbi.qualem.& iudex extimabit ex opinione animi ſui ea quę proponuntur.arg.4.q.3.cap.ſi teſtes.§.Item ſæpe etiā fine. Si autem non poteſt certificari an cauſa ſit probabilis uel non,in tali dubio deferat appellationi.de ſen.excom.cap.ſacro,hæc in glo. in uerbo , ex rationabili , dict.cap.ut debitus.Confirmat Panor.ibi.

Decimumſeptimum notabile eſt,quod cauſa illa dicitur eſſe probabilis,quæ ſi foret probata,deberet legitima reputari,dict.ca.ut debitus. §. cum autem. Neque ſufficit hoc , ſed requiritur quod ſit probabilis , & quod iudici iuſta uideatur,ut dicit glo.ad Romanam.in fin.

Decimumoctauū notabile eſt,quod ille qui exponit cauſam probabilem,debet ſe offerre eam probaturum,ſi autem ſimpliciter cauſam allegat,uidetur id quaſi malitioſe feciſſe,ideo tenetur eam probare fuiſſe ueram.glo. 3.in cap.interpoſita.de appel.cap.ex parte A.de teſti, in glo.in uerbo,teſtes idoneos.de except.cap.olim.& ibi glo.2.

Decimumnonum notabile eſt, quod licet ille qui proponit exceptionem,offerat ſe eam incontinenti probaturum, non ſufficit ſola iſta oblatio ad iuſtificandum appellationem, ſed eſt neceſſe quod ſe offerat probaturum,& nominet teſtes per quos intendit probare, & eos habeat paratos.Ita Ioan.And.hic,& in addi.ad Specul.§. qualiter. uerſi. ſunt qui-

bus.& §.penul.verſ.illud.Mouetur,quia aliter eſſet parata fraus ipſis ex cipientibus,qua uterentur nolentes reiici ſuas exceptiones,& friuolè uexare actorem:ne ergo iſta fraus militet, debemus intelligere textumhic de oblatione reali & non de uerbali, ſicut in ſimili dicimus,in l.prima. C.de dila.& 3.quæſt.3.§.ſpatium.de eo qui aſſerit ſe habere teſtes ultra marinos.Hęc dominus Card. Alexan.in cap.interpoſita.de appel.uerſi. Nota ex textu.decimoſexto fallit.vide ad hoc Panor.in dict.cap.interpoſita.in prin.ibi,ultimo ſcias quod in dubium.

Vigeſimum notabile eſt,quod appellatio interpoſita ab interlocutoria expreſſa una cauſa cum proteſtatione de aliis exprimendis, non pōt poſtea per alias exprimendas iuſtificari,quia talis proteſtatio non ualet nec tenet. Dominus Card. Alex.in cap.conſtitutis.el.2.de appel. in quinto notabili.& in gloſ.in uerbo,quod aliam. Facit ad hoc Panor.ſuper dicta gloſſa.

Vigeſimumprimum notabile eſt,quod apoſtoli petendi ab appellante ſecundum Clem. 2.de appella. & cap.1. eod. titu. lib. 6. ſunt breuis forma iudicem ad quem appellatur inſtruens,motū animi iudicis à quo, & totius appellationis circunſtantias breuiter comprehendens,dominus Card. Zabar.in dict.Clem. 2.in prin. quæſito 1. Facit. cap.1. de appel. lib.6.& gloſ.in uerb. apoſtoli.dict.Clem.2. & gloſ.in uerbo.petat. dict. cap.1.& 2.quęſt. 6. cap. ab eo.cap. poſt appellationem. Et eorum ſunt quinque ſpecies,ſcilicet conuentionales,teſtimoniales dilatorij,refutatorij,& reuerentiales.Specu.in 4.parte.eo.tit.§.ſequitur.

Vigeſimumſecundum notabile eſt,quod prędicti apoſtoli debent peti ab appellante ſępius & inſtanter,congruis loco & tempore.dict.cap.1.& cap.ab eo.de appel.lib.6.& dict.Clem.2.eo.tit.Et ſi appellans non petit eos infra triginta dies, uel ſi non comparet coram iudice in termino ſibi ſtatuto ad recipiēdum eos,nec petat eos ſibi dari,uidetur renunciaſſe appellationi.dict.cap.ab eo.& dict.Clem.2. & in gl.1.dict.cap.ab eo.& in gloſ.1.dict. Clem.2. & Gemi. ſuper dict. cap. ab eo.in prin. Nec ſufficit quod appellans compareat coram iudice in termino ſibi aſſignato ad recipiendum apoſtolos, uel ad audiendum intentionem ſuam, ſed oportet quod etiam petat.glo.in uerbo,Nec petat.dict.Clem.2.ad hoc dominus Card.Zabar.in dic. Clem.2.§.uerum.quæſito tertio.

Vigeſimumtertium notabile eſt, quod ſi iudex aſſignauit appellanti terminum ad audiendum uoluntatem uel reſponſionem ſuam,& appellans non comparuerit ad recipiendum eam, dicitur renunciaſſe appellationi pręcipue ſi in appellatione petiti ſunt apoſtoli,quia tūc dando terminum ad audiendum reſponſionē,intelligitur dare ad recipiendos apoſtolos.hęc dominus Card.Zabar.in dic.Clem.2.§.uerum. quęſito tertio. Et tunc oportet etiam quod petat inſtanter & ſępius, & congruis tempore

pore & loco.dict.Clem.2.§.ſimiliter,hæc dominus Card. Zabar. eadem Clem.2.§.verum.quæſito 7.

Quid ſi iudex in termino aſſignato non dat apoſtolos, ſed dat alium terminum,nunquid appellans teneatur comparere, & non comparendo an dicatur renunciaſſe appellationi?reſpondet ad hoc glo ī verbo.videtur,dic.Clem.2.& præcipue ī ver.& licet,quòd licet hoc eſſet tutius,tamen non exiſtimat eū qui bis comparuit, negligentem vel rennuciātem dici poſſe.Confirmat dominus Card.Zabar.ibidem. Si autē iudex reſpōderit ſe daturum apoſtolos,ſed nullum terminum ſtatuit ad dādum eos, vel ſi nihil reſpōderit,dicit gloſ.in verbo,aut ſi.dict.Clem.2.§.quòd ſi iudex,quod quādo iudex dicit ſe daturum,nullo termino ſtatuto, tunc appellans non tenetur comparere,fortius ſi nihil reſponderit,quia tunc habetur pro negante.Confirmat dominus Card.Zabar.ſuper dict. gloſ.

Vigeſimumquartū notabile eſt, ꝙ ſi iudex à quo appellatur, requiſitus fuerit congruis loco & tēpore,tenetur tradere apoſtolos quos dare voluerit.dict.cap.primo.& cap.ab eo.§.illud autē.& glo.in verbo exhiberi.dict.cap.primo.& cap.vt ſuper.de appel.lib.6.alioquin ſi poſtea in cauſa procedat, eius proceſſus erit inualidus & irritus.dict.cap. vt ſuper.§. ſi vero.iuncta gloſ. fin. & dict.cap. ab eo.§. illud autem. & gloſ. in verbo.exhiberi.dict.cap.primo.& gloſ.prima.dict.cap. vt ſuper.

Vigeſimumquintum notabile eſt,quòd locus congruus ſecundum. dominum Card.Zabar.dicitur, ſi iudex copiam ſui faciat in publico, & in quo ſedere cōſueuit,ut dicit ipſe dominus Card.Zabar.in dict. Clem.2. §.ſimiliter. quæſito ſecundo. dicitur autem locus incongruus,cum equitat,uel cum per uiam pergit: & dicitur tempus incongruum, cum eſt in prandio, uel in Miſſa,uel de nocte.hæc in gloſ.in uerbo loco. dict. cap. ab eo.& dominus Card.in dict.quæſito 2.dict.§. ſimiliter. ubi etiam dicit quod appellans debet expectare tanto tempore,ut cum commoditate potuerit iudex formare apoſtolos.

Vigeſimumſextum notabile eſt,quod apoſtoli debent dari aperti.glo. eſt in uerbo,oblatos.in ſi.dict.Clem. 2. & dominus Card. Zabar. dict.§. ſimiliter. quæſito.6.Et debent dari expenſis appellantis & non iudicis, & maxime delegati,ut in dict.glo.in uerbo, oblatos.circa fin. & dominus Card.ibidem,quæſito quinto.

Vigeſimumſeptimum notabile eſt,quia dictum eſt ſupra in uigeſimo tertio notabili,quod ſi appellans non comparuerit in termino aſſignato ei ad audiendum voluntatem ſeu reſponſionem iudicis,tunc dicitur renuntiaſſe appellationi,præcipue ſi in illa ſint petiti apoſtoli:poſſet ergo iudex uti iſta cautela ad retundēdam malitiam ſeu cauillationē aliquorum proceſſum iudicis impedire uolentium, potius quam rei ueritatem quærentium; Quando interponitur appellatio ab aliqua interlocutoria,

& petun-

& petuntur Apoſtoli, poterit iudex dare tale reſponſum: non admitto talem appellationem, quia friuola eſt, & non debet admitti. ſupra in tertiodecimo notabili. Quo autem ad apoſtolos ſtatuo uobis talem terminum ad recipiendum apoſtolos, quos dare uoluero, uel ad audiendum reſponſionem meam ſuper dictis apoſtolis. Si appellans comparuerit, dentur refutatorii, quia nec ſic defertur appellationi, ſupra undecimo notabili, & poterit iudex procedere in cauſa. Si autem non comparuerit, uidetur renunciaſſe appellationi. ſupra uigeſimotertio notabili. Similiter uidetur renunciaſſe appellationi, ſi apoſtolos quos iudex ſe daturum offert, recipere recuſat. dict. Clem. 2. §. ſimiliter.

Vigeſimumoctauum notabile eſt, quia eſt bene notãdum, quòd ſi appellans, cui dantur apoſtoli refutatorii, ab hac reiectione non appellat, eius appellatio cenſetur friuola, & habebitur tanquam temere appellãs. hæc dominus Card. Alexan. in c. ut debitus. eo. tit. col. 25. uerſ. ſciendum, quòd triplex eſt ſpecies apoſtolorum. ibi. ſit tamen cautus appellans.

Vigeſimumnonum notabile eſt, quòd appellatio dicitur fruſtratoria dupliciter, ſcilicet ratione formæ, quia non fuit facta in ſcriptis, iuxta tenorem cap. cordi. eo. tit. lib. 6. Et tunc ſi non dantur apoſtoli, nihilominus ſi iudex procedit in cauſa, eius proceſſus erit ualidus, uel dicitur fruſtratoria ratione materiæ, puta quia facta eſt in ſcriptis, ſed peccat in materia, quia continet iniuſtitiam uel falſitatem cauſæ: Et tunc ſi non dantur apoſtoli, cum petuntur congruis loco & tempore, ſi iudex procedit in cauſa, eius proceſſus erit inualidus. cap. ut ſuper. eod. tit. lib. 6. Et domini de Rota, deciſione 540. in antiquis deciſionibus. Confirmat Gemi. in dict. cap. ut ſuper. ſuper gloſ. fin. Et huic appellationi fruſtratoriæ nũquam eſt deferendum. ut patet per gloſ. prædictam. fina. dict. cap. ut ſuper. Nam de fruſtratoria ratione formæ patet, quia eſt contra tenorem prædicti cap. cordi. de fruſtratoria ratione materiæ patet, quia appellatio debet continere cauſam probabilem & ueram, ſupra notabili quarto, & notabili quartodecimo.

Debet tamen iudex appellanti fruſtratoriæ, ratione materiæ, & petenti apoſtolos dare refutatorios, & ſi non dat eos, non poteſt procedere in cauſa, & ſi procedit, proceſſus erit inualidus, ut patet per ea quæ ſuperius in hoc nobili ſunt dicta, ſecundum dominos de Rota, & Gemin. ubi ſupra.

Trigeſimum notabile eſt, quòd licet appellatio debeat fieri in ſcriptis, non tamen neceſſe eſt quòd legatur coram iudice a quo appellatur, ſed ſufficit quòd ei porrigatur ſcripta. hæc habentur in cap. appellatio. eo. tit. lib. 6. iuncta gloſ. fi. Neceſſe eſt tamen quòd appellans tradat copiã ipſius appellationis ipſi iudici à quo appellatur, ut dicit Gemi. ſuper dict. gloſ. fina.

ANNOTATIONES.

1 Appellationis beneficium expreſſe eſt interdictum &c.] *De appellatione quæ fit in crimine hæreſis, copioſe diſſerit Eymericus in Directorio Inquiſit. par. 3. num. 121. tit. de appellatione, quæ fit ab inquiſitore, quo loco abunde explicuimus quidquid in hac cauſa occurrere poteſt. adde Zanchinum tract. de haret. c. 29. Conradum Brunum lib. 4. de hæret. cap. vlt. Simancam de Catho. inſtit. tit. 6. Archidiaconum, Ioannem And. Geminianum, Franchum, & communiter Doctores in cap. vt inquiſitionis. de hæret. lib. 6. quæ apud Eymericum dixi uidenda cenſeo, ut quid in hac cauſa obſeruari oporteat, facilius intelligatur.*

APOSTATA ET APOSTASIA.

1 APoſtata perfidiæ, ſecundum Hoſtien. punitur vt hęreticus, quia vere hæreticus eſt, ex quo receſſit à fide, & in eo habent locũ iura poſita de hæreticis. hęc Panor. in c. 1. de apoſta. in gl. 1. Idem tenent Summa Piſana, & Summa Angelica, & Summa Roſella, in vocabulo. Apoſtaſia.

2 Apoſtaſia perfidiæ dicitur, qua quis peruertitur & recedit à fide, ſicut Iulianus apoſtata. de hac apoſtaſia habetur, 2. q. 7. non poteſt, hæc Hoſtien. in Summa ſua. eo. tit. §. quot ſpecies ap oſtaſiæ.

3 Omnis apoſtata eſt hæreticus, quia proprie apoſtata eſt, qui ex toto dimittit legem Chriſti, vnde omnis pęna, quæ debetur hæretico, debetur & iſti, hæc Petrus de Palude in 4. Sent. diſt. 13. quæſt. 3.

ANNOTATIONES.

1 Apoſtata perfidiæ ſecundũ Hoſtien. punitur vt hæreticus.] *vera eſt hæc ſententia & uſu ſacri tribunalis recepta: quare ſi reſipiſcat apoſtata & conuertatur, dummodo non ſit relapſus, ad pęnitentiam admittitur, & Eccleſiæ incorporatur, vt ſcripſi apud Eymericum in Directorio inquiſitorum, par. 2. ſuper quæſt. 49. atque ita tenendum eſt, quidquid dicat Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili. 44. incipien. Volo mandes memoriæ.*

ARBITER.

1 ARbitros iuris electos in cauſa ſuſpicionis, ſecundum c. cum ſpeciali. de appel. in prin. poteſt cogere iudex delegatus ad ſuſcipiendum arbitrium, non obſtante ꝙ ſit recuſatus, aliàs iudicium non procederet. hæc in gl. in verbo, ad quos. c. ſuſpicionis. de offi. deleg. circa mediũ. Et ad hoc etiam tenentur ex diſtricto præcepto Papæ, ut in d. c. cum ſpeciali.

2 Quibus iudex recuſatus debet præfigere terminum cõpetentẽ, infra

quem

quem cauſam ſuſpicionis determinent, vt in c.legitima.de appel.lib.6.& gl.ibi.in verbo,per iudicem.& in gl.in verbo,terminum. d.c.cum ſpeciali,& in gl.in verbo,terminum. cap.ſuſpicionis.de offic. deleg. Alioquin elapſo dicto termino, ſi negotium per ipſos arbitros non fuerit determinatum, poterit iudex recuſatus procedere in cauſa principali,d.c.legitima,in fin.iuncta gloſſa ibidem,in verbo.Alioquin.

ANNOTATIONES.

a Arbitros iuris electos &c.] *In cauſis fidei nunc cum inquiſitores recuſantur,non eliguntur arbitri,ſed cauſa instructa remittitur ad ſupremum inquiſitionis Senatum,qui de ea re cognoſcit,ut copioſe dixi apud Eymericum in Directorio parte 3.tit.de recuſatione Inquiſitoris.nu.120.ad hoc ergo & ſimilibus locis cauere debent inquiſitores,ne quid in ſancto tribunali committant incautum.*

BONA HÆRETICORVM.

1 Bona hæreticorum ipſo iure ſunt confiſcata, c. cum ſecundum leges, eod.tit.lib.6.& in glo.1.ibidem,& c.vergentis. eod.tit. & glo.notabilis.in Summa.23. quæſt.7.Et Panor.in c.abſolutos.eod.tit. in ſecundo notabili,in fi.Et licet reconcilientur, non per hoc recuperant ea. Panor. ibidem in gl. 1. Et ſunt confiſcata a die commiſſi criminis. C.eod.tit.l.4. Et poſſunt declarari eſſe confiſcata etiam poſt mortem ipſorum hæreticorum,vt in c.accuſatus.eod.tit.lib.6.in eo vero.ubi dicit glo.hoc eſſe intelligendum vſque ad quadraginta annos.Facit glo.prima, & gloſ.fin.c. 2.de præſcrip.lib.6.

Nota tamen ſi filij vel nepotes fuerunt catholici,& bona fide poſſederint bona patrum eorum qui fuerunt hæretici, per quadraginta annos, talia bona poterunt apprehendi per inquiſitorem.de hoc eſt tex. in d.c. 2.de præſcript. §.Si poſt. vbi dicit Gemi. poſt.Ioan.And.quòd ſi detegatur illos quorum fuerunt bona,fuiſſe hæreticos ante quadraginta annos, & tamen nondum eſt deuentum ad pronunciationem iudicis,& interim compleantur quadraginta anni,non habet locum iſte tex.in d.§.ſi poſt. quia textus ille loquitur quando detectio fit poſt quadraginta annos cõpletos.hæc Gemi.ubi ſupra.ibi.quæro quid ſi.

2 Bona clericorum hæreticorum, quæ ſunt eccleſiarum ſuarum,vel etiã quę quis monachus acquiſiuit poſt profeſſionem,etiam intuitu perſonæ, cum impediente profeſſione ſibi non poſſit acquirere, & ſic adepta poſt profeſſionem, ſunt eccleſiæ,18. quæſt.1.cap. uno. de præben. cap. cum olim.el 2. Talia bona non poſſunt applicari fiſco officij,nec eccleſiæ,ſed tantum bona propria ipſorum clericorum hæreticorum uel monachorũ

acquiſita

acquiſita ante profeſſionem poſſunt applicari fiſco ipſius officij. hæc in Clem. 2. eod. tit. in princip. ibi, nec ſcienter attentent. iuncta gloſ. in verbo. eccleſiarum. ibi vide. Confirmat Gemi. in cap. accuſatus. eod. tit. lib. 6. §. ſacerdotes. in prin. ibi, quæro an bona eccleſiarum. Confirmat Card. Zab. in dict. Clem. 2. §. inquiſitoribus. quæſito 3. & 4.

3 Poſt mortem hæretici poteſt declarari eum fuiſſe hæreticum ad finē confiſcandi bona. Et ita crimen hæreſis non extinguitur morte, quo ad captionem bonorum ipſius. Gemi. in dict. cap. accuſatus. §. in eo uero. Facit optime gloſ. in verbo, mortuos. cap. A nobis. el 2. de ſent. excom. Confirmat Panor. in cap. vergentis. eo. tit. in ſecundo notabili. Facit glo. ſingularis, 24. quæſt. 2. in Summa.

4 Bona hæreticorum, cum ſint confiſcata ipſo iure à die cōmiſſi criminis, vt patet ſupra, non poterunt vendi nec alienari per ipſos hæreticos, imo fiſcus vel inquiſitores uendicant ſibi dicta bona ſic vendita vel alienata de manibus poſſeſſoris, nullo dato pretio, per quaſcunq; manus trāſierint, niſi pretium vel aliquid loco pretij eſſet in bonis ipſius hæretici, qui alienauit. arg. ff. ſol. matr. l. ſi cum dotem. §. fin. & l. ſeq. ff. de leg. 1. l. Imperator. & l. ſi quando. Ratio primi dicti eſt, quia vendicans rem, non tenetur reſtituere pretium, C. de fur. l. inciuilem. Non enim habuit venditor ius vendendi. ff. de mino. l. in cauſa. §. fi. ff. de contrahen. emp. l. ſi quis ſub hoc pacto. Et hoc quia effectus damnationis retrotrahitur, vt in gloſ. ad idem C. ad l. Iul. maieſt. l. quiſquis. §. emancipationes. C. de Apoſta. l. apoſtatarum, primo reſponſo. ff. de accuſ. l. ex iudiciorum.

Et ſi hęc ſunt in crimine lęſę maieſtatis, vt in gloſ. ipſo iure, el. 2. cap. cum ſecundum leges, eo. tit. lib. 6. fortius in crimine hæreſis. cap. vergentis. eod. tit. ad idem 17. quæſt. 4. ſicut qui. hæc Gemi. in dict. cap. cum ſecundum leges. in prima col. Ad hoc uide Angel. in tractatu maleficiorum, in clauſula, & eius bona publicamus. col. 12. ibi, & aduertas. & in addi. ſequenti.

5 Ordinarius ſeu Diœceſanus nil penitus debet habere de parte prouentuum de hæreticorum bonis officio inquiſitionis deputata, etiam ſi ipſe in officio inquiſitionis procedat, ſed debet illud proprijs explere ſtipendijs, & de redditibus ſuis, cū ſit Ordinarius. Hæc in Extrauaganti Benedicti Vndecimi, quæ incipit: Ex eo quòd. Facit optime gloſ. in uerbo, prouidebit, Clem. prima de hæreticis. Et inquiſitores non tenentur reddere rationem ipſis Diœceſanis de bonis habitis ex officio inquiſitionis, ut patet in d. Extrauaganti Benedicti Vndecimi.

6 Bona hæreticorum, ſecundū quandam conſtitutionem Innocentij 4. quæ incipit: Ad extirpanda. debent diuidi in tres partes: una pars deueniat in commune ciuitatis uel loci, ſecunda in expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia officij peregerint, & tertia ponatur in ali-

quo

quo loco tuto expendenda in fauorem fidei & ad hęreticos extirpãdos.

Sed nota quòd communitas ciuitatis vel loci, ſecundum prædictam conſtitutionem, tunc tenebatur ſoluere & dare certam pecuniam quolibet die ipſis officialibus, quando exeunt ciuitatem uel locum pro hoc officio exequendo.

Et quia nunc communiter communitates non ſeruant hoc, ideo non amplius dari ſolet aliqua pars ipſis communitatibus.

Et quia nunc communiter cruce ſignati in ſubſidium officij inquiſitionis ſolent facere omnes expenſas neceſſarias pro executione dicti officij ad arbitrium inquiſitorum, & ipſi ponunt officiales pro ipſo officio neceſſarios, prout inquiſitores volunt, & ipſis officialibus ſoluunt, ideo nũc introducta eſt conſuetudo, quòd confiſcationes, quæ fiunt de bonis hæreticorum per inquiſitores, applicantur officio inquiſitionis adminiſtrandæ per ipſos inquiſitores, uel per ipſos cruceſignatos, ad arbitrium ipſorum inquiſitorum, pro expeditione dicti officii inquiſitionis, uel pro cauſis pertinentibus ad ipſum.

7 Quando confiſcantur bona hæreticorum, nõ intelliguntur tantummodo eſſe confiſcata illa quæ ſunt in illo territorio, vbi fit condemnatio, ſed etiam ea quæ ſunt in alio territorio, & fiet executio per officiales illius loci ubi ſunt bona: ut puta, quidam Bononienſis origine, habens ibi multa bona, conſtituit domicilium Florentiæ, & ibi per inquiſitorem Florentinum damnatur de hæreſi: Cuius autem erunt illa bona quæ ſunt Bononiæ? refert circa hoc diuerſas opiniones Gemi. in d. c. cum ſecundum leges, §. confiſcationis. & tandem in fine concludit, quòd de portione prouenĩẽte inquiſitori, quòd inquiſitor Bononien. occupabit bona quę ſunt Bononiæ, quia Bononiæ eſt burſa Romanæ Eccleſiæ, ſicut & Florentiæ. Secus autem de portione officialibus proueniente. hæc Gemi. vbi ſupra. ibi uide diffuſe.

Idem habetur in quadam declaratione Nicolai quarti facta anno D. 1291. die quinta Octob. Indictione prima in Vrbe Veteri. Vide ad hoc Ang. in lib. maleficiorum. clauſula, & eius bona publicamus. col. 2. ibi. Quæro bona expreſſe. cum additione ſequenti, ubi de hoc multas opiniones habes. Facit. cap. relatum. el. 2. de teſt. in fine.

Bona autẽ mobilia Rei, ſita in alio territorio, debẽtur fiſcó loci in quo facta fuit publicatio bonorum contra reum, ut per Bal. & alios ibi allegatos per Alexan. in apoſtillis, in l. mercatores. C. de comer. & merca. latius per Alexan. conſi. 111. in 4. lib. & conſ. 31. in primo lib. not. in l. 1. circa fi. C. de ſumma Trini. Confirmat Bertachinus uerbo, bona unius fratris. uerſi. 11. in fi.

8 Sed D. Felinus in cap. irrefragabili. de offi. ordin. §. cæterum. dicit ſe uidiſſe in libraria Papæ, in quodam libro de inquiſitoribus hęreticę prauitatis,

uitati s,multas Extrauagantes,in quibus derogatur.cap.cum ſecundum leges,de hæreticis.lib.6.taxando quod bona hæretici condemnati applicentur ſedi Apoſtolicæ,& ordinario,& inquiſitori.hæc dominus Felinus ubi ſupra.Forte hoc intelligitur in terris Eccleſiæ,& non Imperij.

ANNOTATIONES.

1 Bona hæreticorum ipſo iure ſunt confiſcata] *De confiſcatione bonorum hæreticorum late ſcribunt fere omnes, qui tractatus de hæreticis & eorum pœnis ſcripſerunt. videto præ aliis Zanchinum tract. de hæret. cap. 25. & ſeq. Simancam de Catho. inſtit. tit. 9. de bonis hæreticorum. & quæ late ſcripſimus ſuper Directorio inquiſitorum parte. 3. quæſt. 109. & aliquot ſequentibus.*

CAPERE ET CAPTVRA.

1 CApere,arreſtare,ac tutę cuſtodiæ mancipare, ponendo etiam in cōpedibus & manicis ferreis,prout eis uiſum fuerit,Inquiſitores poſſunt hæreticos ſeu de hæreſi ſuſpectos ſine Diœceſanis,ut in Clem.1.eo. tit. in prin.poſſunt etiam eos tradere duro carceri ſiue arcto, tamen magis ad cuſtodiam quam ad pœnam,quia forte alibi non poſſent tute cuſtodiri.Concordat Pan.& limitat illum tex.in Clem.1.uerſ.duro tamen, per argumētum a contrario ſenſu,& allegat de pœnis.cap.quamuis,lib. 6.82.diſt.presbyter.26. quæſt. 1. uideas. hæc Ioan. de Imola. in dicta Clem.1.& dic.uerſ.duro.ſuper gloſ.in uerbo.tormentis.

2 Captus pro aliquo graui crimine,pro quo uenit pœna corporalis uel corporis afflictiua imponenda,debet carcerari,& non fideiuſſionibus relaxari.hæc Angel.in lib.maleſi.clauſula, Fama publica præcedente.col. 2.ibi.decimo quæro. Eſt etiam incarcerādus quando adſunt indicia ſufficientia ad torturam,hæc Angel.in dic. lib. clauſula. Qui iudex dictum Caium detineri iuſſit,in principio.

3 Quando timetur de fuga alicuius,contra quem habentur bonæ informationes,poteſt iudex incipere a citatione reali,& facere eum capi abſque eo quod faciat prius eum citari. hæc dominus Felinus poſt Salicetum.in cap.cum non ab homine.de iudi. Facit ad hoc quod dicit Panor. in cap.1.de iudi.col.17.

ANNOTATIONES.

2 Captus pro aliquo crimine &c.& non fideiuſſoribus relaxari.] *In ſacro tribunali, an & quod habeat locum relaxatio ſub fideiuſſoribus, latiſſime explicaui Apud Eymericum in Directorio inquiſitorum parte 3.ª ſuper q. 90. res eſt late patens,quæ non poteſt breuiter declarari, locum indicaſſe ſit ſatis. adde Aegidium Boſſium titu. de carcerato fideiuſſoribus committendo.*

CAR-

CARCERES.

1 CArceres proprios,qui ſint ad cuſtodiam & non ad pœnam,poſſunt habere per ſe Inquiſitores,qđ probatur,tū quia per Cle. 1. de hæret. §. Et quia ſæpe,Epiſcopus poteſt habere Carceres proprios, ergo a fortiori Inquiſitor,cuius iuriſdictio eſt maior, cum ſit delegatus: tū quia officiales & rectores locorum tenentur facere conduci tales ſuſpectos & peſtiferas perſonas in carcerem Epiſcoporum , aut ipſorum Inquiſitorū, ut patet,cap.ut Inquiſitionis.eo.tit.lib.6.Non ergo diceret,in carcerem ipſorum Inquiſitorum,niſi poſſent proprios habere,tum quia Inquiſitor poteſt facere officiū ſuum per ſe,ſine Epiſcopo in qualibet parte prouinciæ ſibi commiſſæ,ut patet cap.ut officium.eo.tit.lib.6.quod nō poſſet, ſi deberent eſſe carceres communes: poteſt ergo Inquiſitor habere carceres proprios ad cuſtodiam, & non ad pœnam,Confirmat dominus Car. Zab.in dict.Clement.1.§.ſane.Confirmat.Ioan.de Imola.in dict.Cle.1. ſuper glo.in uerbo.ſubdelegare.uerſ.Sed aduerte.Idem tenet Petrus de Ancha.in dict.Clem.prima.

2 Carceres,qui ſecundum dict.Clem.1.debent eſſe communes, & quorum cuſtodes debent eſſe duo, unus quem uolet Epiſcopus, & alter quē uolet Inquiſitor,intelligūtur eſſe carceres qui ſunt ad pœnam, quādo,ſcilicet hæretici condemnantur ad carceres ſiue perpetuos,ſiue ad tempus, Qui aliquando dicuntur muri.ut patet dict.Clem.1.§.Sane. & in glo.in uerbo.muri.& cap.ut commiſſi.eo.tit.lib.6.Confirmat D.Card.Zab. in dict.Clem.1.& dict.§.Sane.ſexto notabili.Idem tenet Ioan. de Imola.in dict.Clem.1.ſuper dict.gloſ.ſubdelegare. dict.uerſ.Sed aduerte.

ANNOTATIONES.

1 Carceres proprios,&c.] *De hac carcerum materia copioſe egimus cum Eymerico in Directorio Inquiſitorum parte.3.quæſt. 58.& 59.quo loco explicuimus quidquid ad cognitionem utriuſque carceris ſpectat:quæ breui oratione referri hoc loco non poſſunt.quare locum indicaſſe ſit ſatis.*

Quædam bonæ cautelæ pro iudice ut proceſſus ſit ualidior.

1 CAutus ſis tu iudex,quod facias tibi licentiam dari a reo procedendi uſque ad ſententiam incluſiue, & hanc licentiam facias poni in actis:& iudices ſolent hoc practicare,ut faciant ſibi licentiam dari procedendi ſine citatione,& in abſentia partis,& teſtes recipiendi ſine præſentia partis.

De hac licentia loquitur Baldus, in l. diem proferri. §. ſi quis litiga. ff. de arbitris. habes etiam de hac licentia per Baldum in l. ſi quando. C. de teſti. & in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſ. uide iſta diffuſe per Angel. in lib. malefi. clauſula. Qui iudex fecit ſibi dari licentiam poſſe procedere, in prin. & in additione ſequenti, Et tunc non eſt neceſſe quod reus ſpecialiter & nominatim citetur, ut dicit ipſe Angel. in eo lib. clauſula, Qui iudex commiſit præconi. in principio.

2 Cautela alia bona dato termino defenſionis, ſi reus vult renunciare, facias ſcribi in actis, quod renunciat termino & non defenſioni, quia non poteſt defenſioni renũciare, et cauſam aſſignet, quare renũciat, puta, ſciẽs ſe non habere aliquam defenſionem, imo ſe carere omni iuſta defenſione, ſponte & ex certa ſcientia renunciauit dicto termino defenſionis. De hoc uide diffuſe per Angel. in dicto lib. malefi. clauſ. Qui iudex ſtatuit terminum ad eorum defenſionem. ibi; an autem reus.

3 Cautela alia bona. Qñ reus eſt confeſſus crimine ſuũ, & cũ ratificauit, & nõ obſtãte tali cõfeſſione petit terminũ ad ſe defendẽdũ, quem iudex denegat, quia maleficium eſt notorium propter talem confeſſionem, iudex ſtatim poteſt procedere ad condemnationem & executionem præmiſſa tamen quadam interlocutione, per quam interloquatur dilationẽ non eſſe dãdam, tanquam petitam per calumniam: & ideo utile eſt in talibus interloqui. Baldus in l. a procedente. C. de dila. & allegat Inno. in cap. ad petitionem. de accuſa. hæc Angel. in dicto lib. clauſula dicta. Qui iudex ſtatuit terminum. in 3. additione ſequenti. ibi. Item adde quod dubito ualde.

4 Cautela alia bona. Tene menti tu iudex, quod nunquam recipias reſponſionem inquiſiti dicentis, nego me eſſe culpabilem, uel nego me eſſe puniibilẽ, quia reus debet reſpõdere ſuper facto, utrum fecerit uel nõ fecerit id, de quo quęritur, quia vtrum id ſit culpabile uel non, ſpectat ad iudicẽ, per text. in l. 1. §. in accuſatione. in fi. ff. ad Turpil. Angel. in dicto lib. clauſula, Comparuerunt inquiſiti, & negauerũt totum. col. 6. ibi. quęro an poſt publicationem proceſſus.

5 Cautela alia optima. Tu iudex non recipias aliquam reſponſionem in maleficijs, niſi iuret reus de reſpondendo ueritatem. Angel. in dicto lib. malefi. prædicta clauſula, Comparuerunt dicti inquiſiti, & negauerunt, in principio.

Et nota quod non facias eum iurare de reſpondendo ad interrogata, ſed de dicendo meram, & plenam ueritatem de his de quibus fuerit interrogatus, de quo iuramento habetur in cap. cum dilecti. de accuſa. & per Panor. ibidem. Facit ad hoc quod habetur ſupra in uerbo, confeſſio. §. 62. ibi uide.

6 Cautela alia. Ad excludendas exceptiones dilatorias, nota vnam practicam.

ſticam. Si enim pars interrogata, an uelit ibi experiri, reſpondet quod ſic, non poteſt amplius recuſare iudicem, ut eſt tex. in c. 1. de iudi. quod intellige niſi ex noua cauſa, in c. Inſinuante. de offic. deleg. uel ſi antiquitus orta erat, tamen occulta, ut dicit glo. in uerbo, exceptio. c. ſi quis Epiſcoporum. 3. quæſt. 6. & quòd notat Cal. in c. 2. de ordi. cogni. Facit cap. inter monaſterium. de ſent. & re iudi. & cap. paſtoralis. de except. hæc Panor. in d. c. 1. de iud. col. 2. in fin. Et intellige, experiri, ideſt ſe defendere, vt in gl. in uerbo, experiri. d. c. 1. de iud. & iterum gloſ. in uerbo, experiri. in c. qui generaliter. de procura. lib. 6.

ANNOTATIONES.

1 Cautus ſis tu iudex, quod facias tibi licentiam dari à reo, &c.] *quid in alijs iudiciis ac tribunalibus fiat, aut fieri debeat circa hunc articulum non curo, certum eſt tamen, quod in tribunali Sanctę inquiſitionis nec iure, nec uſu receptum eſt ut hæc licentia procedendi contra reos, petatur ab ipſis reis, habent iudices fidei poteſtatem & facultatem à ſede Apoſtolica procedendi generaliter contra quoslibet reos in fidem delinquentes paucis quibuſdam exceptis, quare non eſt neceſſarium, imò quidem nec utile, hac uti cautela.*

CITATIO ET CITARE.

1 Citatus ut compareat perſonaliter, tenetur per ſe comparere, & non ſufficit comparere per procuratorem, præcipue in cauſa criminali. 5. quæſt. 3. in criminalibus. Et Panor. in cap. expoſuit ſuper gloſ. 2. de dila. Ad hoc eſt text. in cap. primo, de iud. lib. 6. & gloſ. ibi: in uerbo. criminalis.

2 Citatus aliquis ſuſpectus de hæreſi, aut de pertinentibus ad officium inquiſitionis hæreticæ prauitatis, ab ordinario & inquiſitore ſimul, debet primo obedire inquiſitori, cuius iuriſdictio eſt maior, nobilior, & fortior, ergo illi prius eſt parendum. 8. diſtinct. quæ contra. 11. quæſt. 3. qui reſiſtit.

Nec eſt dicendum quòd Ordinarius habeat iuriſdictionem æqualem cum Inquiſitore, quia hoc negatur, cum habeat ordinariam, niſi admixta fuerit delegata, vt dicitur in c. per hoc. eod. tit. lib. 6. in princip. ibi: ſi habent. Inquiſitor autem cum ſit delegatus Papę. d. cap. per hoc cenſetur ille, cuius locum tenet. 2. q. 6. ſi Epiſcopus. 93. diſt. c. fi. de offi. deleg. c. ſane, el 2. hæc Gemi. d. c. per hoc. Confirmat Fel. in c. excommunicatus, el 1. de hæreticis, in quarta col. ibi: Nota ex fine Epiſcopum eſſe Ordinarium in crimine hęreſis.

2 Et quod plus eſt, putat Archid. quòd citatus prius coram Ordinario, ſi poſtea

ſi poſtea citetur per inquiſitorem, deſerto iudicio ordinarii uenire debet coram Inquiſitore. ff. de re iud. contra pupillum. & per prædicta capitula, quæ contra. & qui reſiſtit. Et ſic ſecundum eum non eſſet curandũ ſi ordinarius præueniret in cõueniendo, & hoc dicit verum Ioannes And. Lapus autem dicit, quòd ſibi videtur, quòd quando Diœceſanus procedit auctoritate ordinaria, tunc ſit verum quod dicit Archid. Si autem procedit auctoritate delegata, vtpote contra exemptos, tunc ſit in optione citati coram quo primo compareat. hęc omnia Geminianus, in d.c. per hoc. in 1. col. ibi vide.

4 Citatio eſt neceſſaria ad ſententiam audiendam, vt aperte dicit tex. in Clem. ſæpe. de uerb. ſignifi. Confir. Io. de Lignano in repetitione quã ponit Io. de Imola. in fi. Clem. Ad hoc facit gl. in uerbo, reſpondeat. c. cum contumacia. de hæret. lib. 6.

5 Citatio facta ad domum, ex quo veriſimile eſt quòd veniat ad notitiã citandi, tenet, vt dicit Angel. in lib. maleficiorum, clauſula, iudex commiſit quòd Caius. col. 5. cum addi. ſequenti.

6 Citatio continens in ſe notoriam iniuſtitiam non arctat citatum, ſecundum Inno. in c. 2. de dila. hæc Panor. in cap. ex parte tua. de appel. in fi. ibi vide.

7 Citatio per edictum tenet vbicumque neſcitur quis ſit citandus; pro hoc facit. cap. fina. qui matri. accu. poſ. & in cap. ſignificauit. & in cap. Albericus. de teſti. Confirmat. in cap. gratum. de offic. deleg. ſecundo notabili.

8 Vbi quis citatur vt compareat certa die, nec hora determinatur, debet citatus comparere tali hora, qua iudex congrue poſſit incipere & finire actum incumbentem. hæc Panor. in cap. conſuluit. de offic. deleg. nec alibi. ita bonus text. Et ibi habes multa de citatione. Ad idem eſt dominus Fel. in dicto c. conſuluit. 2. col. Et intelligitur de hora conſueta, quando de ea poteſt apparere, & quando hora eſt de conſuetudine, tunc expreſſio diei habetur pro expreſſione horę, vt dicit idem Fel. in c. ad petitionẽ. de accuſa. in fine.

9 Si quis commiſit aliquod crimen hæreſis in vna Diœceſi, & poſtea ſe transfert ad aliam Diœceſim, poteſt citari per Inquiſitorem illius primæ diœceſis in qua commiſit crimen. cap. vt cõmiſſi. eod. tit. lib. 6. in prin. & ibi. gloſ. in uerbo, procedendi. Facit quod dicit Angel. in libro maleficiorum, clauſula, Commiſit iudex quòd Caius prædictus. columna quarta, in fine.

10 Vbi quis citatur ad ſententiam, non ualet citatio, ſi dicatur ad audiendam uoluntatem ſeu intentionem iudicis. ad hoc eſt gl. in Clem. ſæpe. in uerbo, ad id, de uerb. ſignifi.

Sed quando ponuntur iſta uerba in citatione, niſi ueneris, procedetur ad ſen-

ad ſententiam. illa uerba habent vim peremptorii. Ita dicit Specula. tit. de citatione. §. viſo, uerſic. quid ſi lata. & uerſi. quæro an clauſula. Idem dicit Innocen. in c. ad petitionem. de accuſa. hæc dominus Felinus, in cap. conſuluit. de offic. deleg. in gl. in uerbo, terminum peremptorium, in fi. Et ibi ad hoc facit Panor. Et idem Fel. in d. c. ad petitionem. de accuſa. col. 7. ibi, ſecundo quærit, quibus caſibus.

11 Aduertas tamen, ne feras ſententiam condemnatoriam contra reum qui eſt in carceribus: ſed facias eum citari & duci ante tribunal tuum, & non feras ſententiam in abſentem, licet detentus ſit in carceribus, quia iſto caſu diceretur abſens: & ita obſeruat totus mundus. hæc Ang. in lib. male. clauſula, Qui iudex commiſit præconi, in fin. primæ additionis. De citatione vide aliqua infra in verbo. Monitio.

12 Vtrum autem credendum ſit nuncio citanti: dicendum quod ſic, quantum ad ea quæ pertinent ad officium ſuum. uide ad hoc gloſ. in uerbo. in iudicio, cap. venerabilibus. de ſen. excom. §. ſecus autem. lib. 6. Vide etiam Gemi. ſuper dict. gloſ. & Panor. in c. conſuluit. de offic. deleg. & in c. cum parati. de appel. ubi glo. in verbo, ſuus nuncius, dicit nuncio publico & iurato creditur quo ad citationes, aliter non creditur.

ANNOTATIONES.

2 Citatus aliquis, &c. debent primo obedire Inquiſitori.] *De hoc articulo uide Lodouicum Carrerium tract. de hęret. nu. 71. uer. citantibus tamen ambobus. Ioannem Roiam in ſingularibus fidei, ſingul. 44. incipien. conuenirl. quis non debet. adde omnino Eymericum in Directorio Inquiſitorum parte 3. quæſt. 5.*

4 Citatio eſt neceſſaria ad ſententiam.] *de materia citationis quantum ad praxim in primis pertinet, late Iulius Clarus in pract. crimi. quæſt. 21. iam nullus Criminaliſta hanc tractationem omiſit.*

9 Si quis commiſit aliquod crimen hæreſis in vna Diœceſi, &c.] *Inquiſitores contra abſentes, qui in ſua prouincia deliquerunt procedere poſsunt. Sed quod fabricari poſsit proceſsus contra abſentes in ſacro tribunali copioſe diximus apud Eymericum in Directorio Inquiſit. par. 2. ſuper q. 42.*

1 Clerici priuantur beneficiis eccleſiaſticis, quæ ſunt adepti ad preces hæreticorum, & eorum fautorum & ſi illa receperunt ſcienter, nequaquã poſſunt ad alia beneficia in poſterum admitti, ut habetur in c. quicumque. de hæreticis. §. Ad hæc. lib. 6. Et Gemi. ibidem in princ.

2 Clerici nõ exhibeant hæreticis & eorum fautoribus eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos præſumant tradere eccleſiaſticæ ſepulturæ cap. excõmunicamus. el primo, §. ſane, extra eod. tit. primo ſunt excommunicati ipſo

facto

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

facto qui ſciẽter hæreticos & eorum fautores ſepeliunt, nec poſſunt abſolui niſi proprijs manibus ea extumulent publice,& proiiciant corpora corũ,& locus ille perpetuo careat ſepultura, ut patet d.c.quicumq;. Sed ſi plures ſepelierunt,& vnus extumulet,alii poterunt abſolui, ut dicit Gemi.ſuper d.c.quicumque.col.3.vbi.quid ſi plures ſepeliunt.

3 Clerici qui inuenti fuerint impedire negotiũ inquiſitionis,inſtruendo citatos hæreticos de celanda veritate, uel de dicẽda falſitate,ſeu eos indebite liberando,poſſunt compeſci,& pœna debita caſtigari,tam per captionem perſonarum,quam aliàs prout culpa exegerit delinquentis,c.Accuſatus.eod.tit.lib.6.§. Sacerdotes, vbi dicit Geminianus,quod qui impedit ne veritas inueniatur in cauſa fidei,dicitur fautor hęreticorum, quod bene nota,& tene menti.

4 Clerici,qui in hęreſi uel cõſimilibus inuenti fuerint deliquiſſe,grauius puniendi ſunt quam ſæculares,arg.optimum d.c.accuſatus.§.fin. Ad idẽ d.c.excommunicamus. ver. ſi uero clericus.& poſſunt incarcerari ad cuſtodiam abſque eo quòd liqueat plene de delicto,& ſimiliter poſſunt torqueri.Gemin.in c.ſi clericus.de ſent.excom.lib.6.ibi, quæro an indiſtincte. circa medium. & quando ſunt ſuſpecti de hæreſi, non eſt admittendus pro eis fideiuſſor.Gemi.ibidem,in d.cap.ſi clericus.ibi,quæro quando dicatur delictum enorme,ut non recipiatur fideiuſſor.Confirmat dominus Paris de Pureo in ſuo tractatu de ſyndicatu,c.incipiente. Mandauit Rex Poteſtati.col.3.uer.an clerici poſſint torqueri.

Quæ autem ſint indicia ſufficientia, uel non ſufficientia ad torquendum clericum,committitur iudicis arbitrio.l.3.§.fi.de teſtib.Cyn.in l.fi. de quæſtio. Ioan. And. in c. cum in contemplatione. de reg.iur.& Bart. in d.l. fin.de quæſtio. hæc dominus Paris in d.cap.Mandauit Rex Poteſtati.eadem col.poſt prædicta.

ANNOTATIONES.

4 Et quando ſunt ſuſpecti de hæreſi, non eſt admittendus pro eis fideiuſſor.] *De hac difficultate in terminis poſuit quæſtionem Eymericus in Directorio Inquiſitorum,parte 2.quæſt.90.ubi dixi copioſe.adde Antonium Gomezium tomo 3.uariar.reſol.cap.9.*

ibi. Quæ autem ſint indicia,&c.] *In cauſa hæreſis ex quibus indiciis & cauſis ad torturam poſsit procedi tam contra clericos, quàm contra laicos, abunde oſtendimus cum Eymerico in Directorio Inquiſit.parte 3.quæſt.61.adde omnino Iulium Clarum in practi.crimi. quæſt.20.21. & ſeq. & Antonium Gomezium tomo 3.uariar.reſolut.c.23.*

COM-

COMMISSIO ET COMMITTERE.

1 Committere poſſunt Inquiſitores & ſubdelegare uices ſuas, & tales uocantur commiſſarii.in cle. 2.eod.tit.gloſſ.autem ibidem in uerbo,ipſorum commiſſariis.uocat eos uicarios.idem dicit domin.Cardin. Zaba.in clem. 1.eod.tit.§.& quia.Confirmat Io.de Imo. in dicta Clem. 1.in uerſi.uerum.in glo.& tunc.

Et de iis uicariis inquiſitoribus nil habetur, quod oporteat eos attigiſſe quadrageſimum annum,ſicut dicitur de Inquiſitoribus; Nam cũ hæc ſit quædam reſtrictio, tantummodo ad Inquiſitores reſtricta, & cum ſit quaſi quædam pœna,non debet extendi ad ipſorum Inquiſitorum uicarios. patet,quia odia reſtringi,&c.de regul.iur.lib.6.dominus Card.Zabar.in clem.vnica.de uſuris,quæſt.23.dicit,quod conſtitutio pœnalis nõ debet extendi ad perſonas non expreſſas.Cũ ergo neq; in textu, neq; in glo. fiat mentio de uicariis Inquiſitorum, quod debeãt attigiſſe quadrageſimum annum,ſed tãtummodo dicitur de Inquiſitoribus inſtitutis per prçlatos ordinis, vel de Inquiſitorib. inſtitutis ab Epiſcopis,uel a Capitulis ſede uacante,ut patet in gl.in uerbo,committi.dicta Clem. 2.ſequitur quod iſta conſtitutio non debet extẽdi ad uicarios:& prçterea nõ ſubeſt eadẽ ratio de Inquiſitoribus & de eorum uicariis, quia Inquiſitores ſunt ſupra uicarios ſuos,& eis communiter non committunt omnimodam auctoritatem ſuam,ſed communiter ſemper aliquid ſibi reſeruant, præcipue in his quæ ſunt magis ardua, non ergo requiritur tanta ſufficientia, & ex conſequenti tanta ætas in uicario,quanta in Inquiſitore.

2 An autem Inquiſitores poſſint committere uicariis ſuis, quod poſſint prædicare crucem,excommunicare,uel abſoluere,diſpenſare cum irregularibus,uel iniungere pœnitentias, ſicut poſſunt ipſi uigore priuilegiorũ Apoſtolicorum ipſis Inquiſitoribus cõceſſorum:& uidetur quod nõ, per cap.fi.de offi.deleg. in fine ibi,cæterum. Dicendum,quod cap. illud loquitur de quibuſdam,quibus talia ſu pradicta ſpecialiter expedienda cõmittuntur, & tales ſunt meri executores ad certos articulos expediẽdos deputati,& nullam habent iuriſdictionem,ut dicit ibi text.in fi.ideoque uices ſuas alteri cõmittere non poſſunt:& ad hoc eſt gloſſ.notabilis ibidem in uerbo,commiſſum. Inquiſitores autem nõ ſunt meri executores deputati ad certos articulos expediẽdos, ſed ſunt deputati ad uniuerſitatem perſonarum in cauſa hæreſis, & habent iuriſdictionem delegatam à Papa,quia ſunt delegati a Papa,ut cap.per hoc.& c.de aliquib.de heret. lib.6.& Gemin.in dicto cap.ne aliqui.ibi:quæro.an inqſitor.& in dicto cap. per hoc.in primo notabili,& ibi,quæro an inquiſitor generaliter datus.Cõfirmat Card.Zaba.in Cle.1.§.& quia.de hær.ibi,ſecũdo quæro an.

Inqui-

Inquiſitor. Poſſunt ergo Inquiſitores ſubdelegare, & committere prædicta. Facit quod dicit Panormit. in dicto §. cæterum, in princ. ubi dicit, quod ubi committitur iuriſdictio per Papam, poteſt fieri ſubdelegatio, uidetur tamen ſentire ipſe Panorm. ibidem in notabili ſequenti, quod diſpenſare cum irregularibus non poſſit committi, quia ad hoc uidetur electa induſtria perſonæ. Facit ad hoc quod dicit glo. fin. dicto §. cæterum.

ANNOTATIONES.

1 Et tales uocantur Cōmiſſarii] *de Commiſſariis ſeu uicariis Inquiſitorum plene Eymericus in Directorio inquiſi. parte 3. in principio, nu. 47. & ſeq. ubi docet practicam & modum inſtituendi hos commiſſarios. ex illis totus hic locus illuſtrabitur.*

Ibid. Et de his Vicariis Inquiſitorū nil habetur, quod oporteat eos attigiſſe quadrageſimum annum] *hodie hæc controuerſia de ætate horum commiſſariorum ſublata eſt per reſcriptum Clementis 7. incip. Cum ſicut. §. decernimus: per quod triginta annorum ætas in eis ſufficere declaratur; dixi apud Eymericum in Directorio inquiſit. parte 3. ſuper quæſt. 16. His vicariis Inquiſitores multa committere poſſunt, non autem ut diſpenſent cum irregularibus ſicut nec Inquiſitores diſpenſant, ut dixi in Direct.*

CONFESSIO ET CONFESSVS.

1 Confeſſus crimen ſuper libello inepto poteſt condemnari. Bal. in l. 2. ad fi. C. de re iudicata. ut etiam per Inn. in cap. qualiter. el 2. de accuſa. ubi idem Inno. dicit, quod confeſſio non curat ineptitudinem iudicii, quod tene menti. Confirmat Panor. in cap. at ſi clerici. de iudi. in gloſ. 1.

2 Immo confeſſio purgat omne uitiū proceſſus, ut eſt caſus in cap. pen. de accuſa. lib. 6. & notatur in cap. Piſanis. de reſti. ſpol. hæc Angel. in lib. maleſi. clauſula, comparuerunt dicti inquiſiti & negauerūt totum. col. 8. Et ratio eſt quia crimen eſt factum notorium per confeſſionem. de cohabi. cle. cap. primo. Gemi. in dicto cap. 1. de accuſa. circa prin. Et Angel. ubi ſupra immediate, ead. col. Confirmat idem Angel. in eo. lib. clauſula qui dictus iudex addidit uel detraxit. col. 4. ibi. Secundo limitabat.

3 Et talis ſic confeſſus non poteſt reuocare iſtam ſuam confeſſionē, præcipue ſi deliberate confeſſus eſt, & nō ex calore iracundiæ, ut notatur per Inno. in cap. per inquiſitionem. de elect. Confirmat Gemi. in dicto cap. 1. ibi; quære an iſte poſſit reuocare. Ad hoc eſt gloſ. 2. in cap. ex litteris. de diuortiis. Vbi dicit Panor. quod confeſſio facta calore iracundiæ nō præiudicat, niſi detur perſeuerātia, aliàs ualet cōfeſſio facta in criminali, nec exigi-

exigitur alia perſeuerantia,ut in l. ſi confeſſus.ff.de cuſto.& exhibi.reo, & in cap.2.de confeſsis.Et hoc dicit ipſe Panor.eſſe notandum,& nõ tradendum obliuioni.

Limita etiã ſi confeſsio prius eſt facta & poſt ſit proceſſus,etiam ſi ſit ineptus,poteſt ſequi condemnatio,ſecus ſi nullitas fuit ante confeſſionẽ. hæc Angel.in d.lib.clauſula, Comparuerunt dicti inquiſiti & negauerũt totum.colum.8.in fine additionis ſequentis.Facit ad hoc gloſ.2.in dicto cap.primo.de accuſa.

5 Confeſsio non poteſt reuocari in criminalibus, ubi confeſsio fuiſſet perſeuerata,niſi errore allegato & probato:hoc eſt ſingulare uerbũ Specul.in tit.de confeſsis.§.fi.uerſ.Sed nunquid in criminalibus.& ipſum ſequitur ibi Io.And.hæc Angel.in eo.lib.clauſula, Comparuerunt dicti inquiſiti in termino defenſionis.in prima additione, & nota bene illam additionem.

6 Confeſsio facta præcedente illo iuramento, quod plenam & merã ueritatem dicet,non recipit excuſationes ex poſt facto, ſed illa quæ fit ſub forma iuramenti,quod reſpondebit ad interrogata,recipit excuſationes quæ tamen non perimant confeſſionem,ſed exponãt. Panormit.in c. cũ dilecti.de accuſat.quarto notabili.Qui ibi immediate ſubinfert, & dicit ſingulariter eſſe notãdum,quod ubi confeſſio etiam iurata, poteſt retorqueri & ad bonum,& ad malum,ex quo tamen prima frõte ſonat in malum,debet fieri interpretatio in malam partem,& contra confitentẽ, niſi confeſſionem excuſans probet illas excuſationes. Facit ad hoc quod dicit ipſe Panor.in cap.cum ueniſſent.de inſtit.Et etiam immediate ſubdit ipſe Panorm. quod ex confeſſione alicuius capitur illud quod contra eũ eſt,non autem id quod pro eo eligi poteſt, & hoc quando inſurgit mala præſumptio contra illud quod facit pro eo.

7 Confeſſio rei eſt tantæ potentiæ,quod facta etiam coram iudice incõpetenti,tenetur illam confirmare coram ſuo iudice competenti.Ita dicit Innocen.in cap.at ſi clerici.de iudi.& hoc pręcipue ſi ex tali confeſſione orta ſit ſuſpicio uel infamia. Ang. in lib. de malefi. clauſula, comparuerunt inquiſiti,& negauerunt totum,col.11.ibi,Et tene menti. uide ad hoc Innocen.in cap.per Inquiſitionem. de elect.& Ant.de But.in dicto cap. at ſi clerici.

8 Sed nota ꝙ iſtis,qui de ſe confitẽtur,creditur nõ quantũ ad conuincẽdũ,ſed quãtũ ad pſumptionẽ,unde ſi adſint alię pſumptiones,ualẽt,alias nõ ſufficerẽt,ut dicit gl.2.in c.1.de conf.Sed intellige hoc uidelicet, quia iſtis de ſe cõfeſsis nõ creditur ſuper crimine aliorum, ut dicit gl.pdicta in prin.ubi etiam dicitur,ꝙ in crimine læſæ maieſtatis, alicui cõfitẽti de ſe, creditur etiam contra ſocios,quod etiam probatur per tex.ibidem. & in gl.prima.cap.nemini.15.quæſt.3.iuncto text.ibidem.ergo a fortiori de-

D bet

bet uni confitenti de ſe credi contra ſocios in crimine hæreſis, quod eſt grauius capit.vergentis.de hæreti.Et præterea hoc eſt ſpeciale in fauorē fidei,quod ſocii criminis admittuntur contra ſocios,ut eſt text.in cap.in fidei.de hæret.lib.6.Confirmat Gemi.ibidem.Ad hoc gloſ.fin.cap.quoniam aliqua de teſtib.

9 Quando aliquis cõfitetur crimen ſuum coram ſuo iudice,poteſt ei imponi quantumcunque grauior pœna,etiā ſi ſit confeſſus ſine directo proceſſu,ut dicit Inno in c.qualiter & quando. de accu. 1.col. 3.nam confeſſio in criminali inducit probationem etiam quo ad pœnæ impoſitionem licet ordo iudiciarius non fuerit obſeruatus, & ſic patet quod confeſſio non læditur ex inutili inſtantia iudicii, uel ex omiſſione ordinis iudiciarij,ut dicit Gemi.in cap.accuſatus.de hæret.lib.6. in prin. de hoc ſupra eo.uerb.§.2.& §.4.

10 Cõfeſſionē factā ſine tortura nō oportet reiterari,quę autem eſt facta in tormentis uel metu tormentorū, ut puta ſi erat ligatus in tortura,uel ante torturam ductus,uel ante torturam ſpoliatus,neceſſe eſt,quod talis confeſſio ſic facta,ratificetur ad banchum, & debet tortus per vnam diē naturalem quieſcere poſt torturam,antequam ducatur ad ratificandum vel hoc erit arbitrio boni iudicis, ut faciat eum ratificare eo tēpore, quo uerisimiliter ceſſauerit metus tormentorum.hęc Ang.in lib.malefic.clauſula,Fama publica.col.42.ibi,poſtquam aliquis eſt.

11 Si quis ſine tormentis confitetur,etiam non præcedētibus indiciis, habetur pro cõfeſſo.per not.in cap.1.de accuſ.lib.6.& hoc ſequitur Pet.de Anchar.in clem.1.de homi.ſed Bal.in l. 1.de confeſſis.ſimpliciter tenet, quod cõfeſſio extorta nō præcedentibus indicijs, ſi in ea perſeuerat reus confeſſus,ualet,ut allegat gl.illius l.& gl.in l.1.§.illius.de quæſt.Et cum Bal.tenet Pa.de Leaza.in cap.grauis.de depoſito.ad fi.& Bar.in tract.de quæſtionibus tenet idem quod in l.quouis.ff.eo.& eſt glo.in l.1.ad fi.C. eod.tit.ubi Bal.dicit,quod tortura indebite facta a principio non uitiat reliquum proceſſum ualidum ex poſt factū.& dixit Bal.in l.fi.C. de accuſ.quod indicia ſequentia non confirmant torturam pręcedentem,nec confeſſionem per eam extortam, quia eſt ordo peruerſus. Hæc dominus Paris de Puteo in tractatu de ſyndicatu, in c.inci.an ſtetur dicto torti.columm.10.uerſi.datur regula,quod ex cõfeſſione de ualiditate confeſſionis, & præcipue quæ eſt perſeuerata. uide quod dicit ipſe dominus Paris in eodem tractatu,in cap. incipiente : An ex ſola confeſſione facta in iudicio,&c.

12 Confeſſus in iure non auditur appellans, ſi tamen ita ſit confeſſus, quod ſtandum ſit confeſſioni, non tormentorum formidine territus. Ad hoc eſt gloſ.ſingularis in uerbo,uel de quo.cap.Romana.de appel.lib.6.Cõfirmat Gemi.ſuper dicta glo.ubi dicit,quod in confeſſum nullæ ſunt partes iudi-

tes iudi-

tes iudicis niſi in condemnando, facit ad hoc optime gl. 2. in cap. 1. de accuſ. lib. 6. facit etiam c. per tuas, de proba.

ANNOTATIONES.

1 Confeſſus crimen, &c.] *Inter omnes ſpecies probationis confeſſio obtinet primum locum: neque enim vlla clarior, aut efficacior probatio inuenitur, cæterum multa ſunt in confitentibus, & modo confitendi conſideranda antequam ex confeſsione condemnatio ſubſequatur; ex quibus multa refert Auctor hoc loco, non tamen omnia neceſſaria complectitur. Adde ergo in hac cauſa Simancam de Catho. inſtit. tit. 13. de confeſsis. Antonium Gomezium tomo 3. de delictis cap. 12. & Iulium Clarum in pract. crim. quæſtio. 21. & quæſt. 55.*

CONSENTIRE.

1 Conſentiens hæretico pari pœna punitur ſicut hæreticus, arg. in c. 1. de offi. deleg. & ibi glo. optima in verbo, pari pœna, vbi declaratur multiplex conſenſus, videlicet, negligentiæ, conſilij, cooperationis, & defenſionis, & dicit gl. quòd illi qui conſentiunt defendendo, magis puniuntur, vbi Panor. poſt Hoſtien. dicit, quòd hoc procedit in crimine hæreſis, & in maioribus criminibus.

ANNOTATIONES.

1 Conſentiens hæretico pari pœna punitur ſicut hæreticus.] *Huc ſpectat textus in c. conſentire, & in c. error. 83. diſt. de quo articulo egi plene in cap. qui alios, de hæret. relato in Directorio Inquiſit. parte 2.*

CONTVMAX.

1 Contumax dicitur ille qui non paret mandato iudicis, vel ſe abſentat a iudicio, & habetur contumax pro confeſſo, ſi perdurat in contumacia per tempus, Gemi. in c. cum contumacia, de hæret. lib. 6. & Bart. in l. penult. ff. de quæſtio. & Angel. in lib. malefi. clauſula, Qui iudex, videns quòd inquiſiti comparuerunt, col. 7. facit ad hoc cap. 2. de confeſſis, lib. 6.

2 Fuga ſola non inducit confeſſionem delicti, de hoc in cap. vt commiſſi, de hæret. lib. 6. hæc Gemi. in dicto cap. cum contumacia. facit tamen fuga ſuſpicionem, quia per hoc apparet de ſua iuſtitia diffidere. 11. q. 1. Chriſtianus, in fin. 3. quæſt. 9. decernimus, de præſump. cap. nullus, ſecundum

Archid. Ioan. And. Geminia. in dicto cap. cum contumacia.

3 Contumaciter abſens habetur pro præſente in præiudicium ſuum.c.2. de arb.lib.6.& glo.ibidem in uerbo,præſente.Confirmat Panor. in cap. veritatis,de dolo & contu.col.2.ibi,Nota ibi præſentes.Facit ad hoc c.abſens,3.q.9.& c.in nomine Domini.de teſti.

4 Lapſus anni in excommunicatione operatur non ſolum quòd contumax pro conuicto habeatur,ſed etiam quòd poteſt ferri ſententia diffinitiua contra eum.hoc Panor.in d.c.veritatis,col.6.ibi,ex prædictis.

5 In contumacia præſumitur pertinacia ipſius contumacis ſine dubio,ſi perſeuerauerit per annum,niſi forte aliud apparuerit, puta,ſi inquiſiuit de iudice, vel inſtabat pro abſolutione, vel offerebat ſatisfactionẽ & his ſimilia,aliàs non præſumitur pertinacia,niſi de illa conſtet,vt in Clem.1. §. porro,de Summa Trin.& Clem.de vſuris,ex graui. §.ſane. Ioan.And. hæc Gemin.in d.c.cum contumacia.

ANNOTATIONES.

1 Contumax dicitur ille, &c.] *de contumace, & contumacia in cauſa fidei copioſe agunt Doctores in capit. cum contumacia, de hæret. lib. 6. adde Zanchinum tract. de hæret. cap. 9. & Simancam de Cathol. inſtitu. tit. 14. de contumacibus.*

2 Fuga ſola non inducit confeſſionem delicti,&c.] *hæc ſententia ueriſsima eſt in crimine hæreſis,ut recte docet Ioannes Roias tract. de hæret. par.2. aſſertione 15.nihil enim commune habet hæreſis cum fuga, vel carceris affractione, quare detruſus in carcerem ad cuſtodiam ob hæreſim ſi inde fugiat, neque pro cõfeſſo neque pro conuicto habendus.*

Similiter non eſt habendus pro relapſo ob ſolam fugam qui fugit ex carcere in quem coniectus eſt ad agendam pœnitentiam ſicut copioſe docui apud Eymericum in Directorio Inquiſit.par.3.ſuper quæſt. 9.

CONVINCI ET CONVINCERE.

1 Conuincitur aliquis in crimine quatuor modis, aut iure, ſcilicet,inſtrumentis,vel teſtibus, aut facti euidentia.c.tua.de cohab.cler.& 2.q.1.quæ Lotarius.aut iuris interpretatione, vt ſæpius citatum eſſe reũ, vt 3.q.9.c.decernimus,aut violenta præſumptione ſeu ſuſpicione,32. q. 1.c. dixit,hæc in gl.1.ſuper c.nos in quenquam,2.q.1. facit ad hoc glo.3. in c.ad abolendam,de hære.

2 Conuincitur etiam aliquis hoc modo:Si ſuſpectus de hæreſi citatur vt veniat reſponſurus de fide coram Inquiſitore, ſi fuerit excommunicatus pro eo quòd parere ſubterfugit,aut cõtumaciter ſe abſentat,& ſi per an-

num

num excommunicationem illam animo ſuſtinuerit pertinaci,ex tunc velut hæreticus poteſt condemnari,d.c.cum contumacia,vbi uide gl.in uerbo,reſpondeat.Facit gl.in c.rurſus,11.q.3.

3 Item ſi quis quia præbuit impedimentum officio Inquiſitionis, aut ſe opponere eidem præſumpſerit,cum ſit ipſo facto excommunicatus,eam excommunicationem per annum animo ſuſtinuerit pertinaci,extunc velut hæreticus poteſt condemnari,c.vt Inquiſitionis,eo.tit.lib.6. Confirmat Gemi.in d.c.vt Inquiſitionis.§.ſi quis uero,eod. tit. lib.6.

ANNOTATIONES.

1 Conuincitur aliquis in crimine, &c.] *quantum ad cauſam hęreſis attinet, quot modis aliquis hæreticus conuincatur, ſiue deprehendatur dilucide oſtendit Eymericus in DirectOrio Inquiſit.paste 3.quæſtio.89. & copioſe Arnaldus Albertinus tract.de agnoſcendis aſsert. quæſtio. 29. nume.8.& multis ſequent.*

CHRISTIANI IVDAIZANTES.

1 CHriſtiani qui ad ritum Iudęorum tranſierunt,& qui prius erant Iudæi,poſtea facti Chriſtiani redeunt ad ritum Iudæorum, dicuntur hæretici,& contra eos tanquam hęreticos,ſimiliter contra eorum fautores eſt procedendum, ſi tamen de hoc fuerint confeſſi, uel per Chriſtianos,vel Iudæos conuicti.d.c.contra Chriſtianos,& Gemi.ibidem, de hoc habes infra in uerb.Iudæi.§.1.ubi nota,quòd ritus dicũtur mores & obſeruantiæ,28.q.1.ſecundum Archid.hæc Gem.ibidem.

ANNOTATIONES.

1 Chriſtiani qui ad ritum Iudæorum tranſierunt.] *De materia huius §. præter Doctores in cap. contra Chriſtianos. de hæret. libro 6. uide Zanchinum. tract. de hæret. cap.36.& ibidem late Campegium. Repertorium Inquiſi. uerbo,Reiudaizantes,& Eymericum in DirectOrio Inquiſitor.parte 2.quæſtio.44. ubi dixi.*

CRVCESIGNATI.

1 CRuceſignati in ſubſidium fidei tenentur deferre ſignum crucis patenter: nam milites armatæ militiæ recipiunt ſtigmata,ex quibus milites cognoſcãtur, l.ſtigmata, C.de fabricenſibus, & qui ſignũ mutat, trãfugę pęna punitur,l.1. ff.de re militari,imo qui aſſumptum crucis ſignum

gnum abiecerunt, compelli debēt ad reaſſumptionē eius. arg.cap. Quod ſuper his, de voto, in prin. Et Papa ad innuendum quod cruce ſignati ſemper debent deferre ſignum crucis, vtitur hoc verbo, charactere crucis, ut in c.excommunicamus, el primo, de hæret. §. Catholici vero, idem dicit etiam in priuilegio, Malitia huius tēporis. Et ratio eſſe poteſt, quia ſecundum B.Thomam in quarto, Sent. diſt. 4. q. 1. art. 3. quæſtiuncula 4. character eſt res quædam indelebilis.

2 Crucesſignati poſſunt de licentia Inquiſitoris intereſſe diuinis, & eccleſiaſtica recipere ſacramenta tempore generalis interdicti, vbi ex indulto diuina tunc celebrari contigerit. Et ſi clerici ſunt cruce ſignati, poteſt Inquiſitor cum eis diſpenſare ſuper irregularitate, quam incurriſſent celebrando diuina ligati ſententijs cānonis, hæc ex prædicto priuilegio. Malitia huius temporis.

3 Cruce ſignati ſeu ſcholares ſancti Petri martyris ſunt excōicati quando Inquiſitori indigenti pecunia pro officio Inquiſitionis, & petenti, dare recuſant. probatur, qui fautores hæreticorum ſunt excommunicati, per dictum c. vt Inquiſitionis. §. prohibemus. Tales autem ſunt fautores, ſecundum Archid. in c. quicumq; eod. tit. lib. 6. vbi dicit in uerbo, fautores, priuatæ perſonæ, quæ iuramento vel voto ſe aſtrinxerunt, ex omiſſione dicuntur fautores, puta ſi non manifeſtant, vel non faciunt id quod promiſerunt ex voto, hæc ille.

ANNOTATIONES.

1 Crucesignati in ſubſidium fidei, &c.] *De crucesignatis, qui ad Inquiſitorum familiam ſpectant, & de eorum priuilegijs vide præ aliis Camillum Campegium apud Zanchinum tract. de hæret. c. 9. & c. 37.*

Iam quantum attinet ad Extrauagantem incipien. Malitia huius temporis, cuius meminit Auctor hoc loco, eam nunc habemus impreſſam inter literas Apoſtolicas pro officio ſanctæ Inquiſitionis in fine Directorii Inquiſitorum Nicolai Eymerici.

CVSTOS CARCERVM.

1 CVſtos carcerum Inquiſitoris iurabit coram Epiſcopo, & cuſtos carcerum Epiſcopi, qui ſunt pro crimine hereſis, iurabit coram Inquiſitore, quòd fideliter cuſtodient carceratos, & omnia alia ſeruabunt, quæ ponuntur in textu Clem. 1. de hæret. §. porro. Idem dicit dominus. Card. Zabar. in d. Clem. 1. §. verum quia.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 Cuſtos carcerum Inquiſitoris, &c.] *De iuramento cuſtodis carcerum & aliorum miniſtrorum ſancti officii uide Simancam de Catho.inſtit.tit.41.de miniſtris & eorum officiis.*

DÆMONES INVOCARE.

1 DÆmones inuocare an ſit hæreticum, Gemi.in cap.accuſatus, in §.ſa-nie.eod.tit.lib.6.ponit duas opiniones, & credit utramq; poſſe ſaluari, quia aut quis inuocat dæmones putas ipſos poſſe facere id ad quod inuocat ex eorũ poteſtate actiua, & tunc opinio Lapi procedit, quia aliter inuocans dæmones eſt hæreticus, cum attribuat eis id quod eſt Dei, per quem omnia facta ſunt.Ioan. primo.Ad hoc 29.quæſt. 3. Epiſcopi. ubi expreſſe appellat hęreticos quærentes auxilia a diabolo, derelicto Deo: aut inuocat dæmones non tamen credens eos poſſe oparari ex ſua poteſtate actiua totaliter, ſicut ad id quod eſt ſuę naturę, ſicut eſſet quod tentaret mulierem ad concupiſcentiam cum aliquo, & tunc procedit alia opinio, quia iſtud, licet ſit malum facere, non tamen uidetur hæreticus, quia Saluator uocat eum tentatorem.Matth.4.hęc Gemi.ubi ſupra.ibi; quærit hic Lapus.Abbas.Confirmat Panor.in cap.in tabulis.de ſortileg. ſuper gloſ.fina.

2 Vt autem melius prædicta intelligas, nota ſecundum Oldradum, attendendam eſſe intentionem inuocantis: quia aut inuocat ut ſciat futura, & hoc ſapit hæreſim manifeſtam, quia id attribuitur diabolo quod conuenit Deo, iuxta quod dicit Iſaias.41.cap. Annunciate nobis quæ ventura ſunt, & ſciemus quia dii eſtis. aut inuocat ad tentandum pudicitiam mulierum, & tunc ſi facit per modum imperii, ut præcipiat diabolo, non ſapit hæreſim manifeſtam; quia eſt ſibi proprium tentare: ſi autẽ facit ipſum adorando, & ut ipſum adoret, tunc ſapit hæreſim manifeſtã, & hoc non propter perſonam, ſed propter uitium in adoratione diaboli.Hoc Oldradus in ſuo conſil. 208.quem allegat Gemi.dicto cap.accuſatus.§.ſacerdotes.in fine.

ANNOTATIONES.

1 Dæmones inuocare an ſit hæreticum, &c.] *Hæc tractatio de inuocantibus dæmones late patet, nec breuibus poteſt comprehendi, & auctor hic ualde quoque ſtuduit breuitati, quare ab aliis plenior eſt cognitio petenda, & uidendi in primi Zanchinus, tract.de hæret.cap.22. Eymericus in Directorio Inquiſit.*

parte.2.

De hac licentia loquitur Baldus, in l. diem proferri. §. ſi quis litiga. ff. de arbitris. habes etiam de hac licentia per Baldum in l. ſi quando. C. de teſti. & in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſ. uide iſta diffuſe per Angel. in lib. maleſi. clauſula. Qui iudex fecit ſibi dari licentiam poſſe procedere, in prin. & in additione ſequenti, Et tunc non eſt neceſſe quod reus ſpecialiter & nominatim citetur, ut dicit ipſe Angel. in eo lib. clauſula, Qui iudex commiſit præconi. in principio.

2 Cautela alia bona dato termino defenſionis, ſi reus vult renunciare, facias ſcribi in actis, quod renunciat termino & non defenſioni, quia non poteſt defenſioni renūciare, et cauſam aſſignet, quare renūciat, puta, ſciēſe non habere aliquam defenſionem, imo ſe carere omni iuſta defenſione, ſponte & ex certa ſcientia renunciauit dicto termino defenſionis. De hoc uide diffuſe per Angel. in dicto lib. maleſi. clauſ. Qui iudex ſtatuit terminum ad eorum defenſionem. ibi; an autem reus.

3 Cautela alia bona. Qñ reus eſt confeſſus crimine ſuū, & cū ratificauit, & nō obſtāte tali cōfeſſione petit terminū ad ſe defendēdū, quem iudex denegat, quia maleficium eſt notorium propter talem confeſſionem, iudex ſtatim poteſt procedere ad condemnationem & executionem præmiſſa tamen quadam interlocutione, per quam interloquatur dilationē non eſſe dādam, tanquam petitam per calumniam: & ideo utile eſt in talibus interloqui. Baldus in l. a procedente. C. de dila. & allegat Inno. in cap. ad petitionem. de accuſa. hæc Angel. in dicto lib. clauſula dicta. Qui iudex ſtatuit terminum. in 3. additione ſequenti. ibi. Item adde quod dubito ualde.

4 Cautela alia bona. Tene menti tu iudex, quod nunquam recipias reſponſionem inquiſiti dicentis, nego me eſſe culpabilem, uel nego me eſſe punibilē, quia reus debet reſpōdere ſuper facto, utrum fecerit uel nō fecerit id, de quo queritur, quia vtrum id ſit culpabile uel non, ſpectat ad iudicē, per text. in l. 1. §. in accuſatione. in fi. ff. ad Turpil. Angel. in dicto lib. clauſula, Comparuerunt inquiſiti, & negauerūt totum. col. 6. ibi. quęro an poſt publicationem proceſſus.

5 Cautela alia optima. Tu iudex non recipias aliquam reſponſionem in maleficijs, niſi iuret reus de reſpondendo ueritatem. Angel. in dicto lib. maleſi. prædicta clauſula, Comparuerunt dicti inquiſiti, & negauerunt. in principio.

Et nota quod non facias eum iurare de reſpondendo ad interrogata, ſed de dicendo meram, & plenam ueritatem de his de quibus fuerit interrogatus, de quo iuramento habetur in cap. cum dilecti. de accuſa. & per Panor. ibidem. Facit ad hoc quod habetur ſupra in uerbo, confeſſio. §. 62. ibi uide.

6 Cautela alia. Ad excludendas exceptiones dilatorias, nota vnam praticam.

ſticam. Si enim pars interrogata, an uelit ibi experiri, reſpondet quod ſic, non poteſt amplius recuſare iudicem, ut eſt tex. in c. 1. de iudi. quod intelige niſi ex noua cauſa, in c. Inſinuante. de offic. deleg. uel ſi antiquitus orta erat, tamen occulta, ut dicit glo. in uerbo, exceptio. c. ſi quis Epiſcoporum. 3. quæſt. 6. & quod notat Cal. in c. 2. de ordi. cogni. Facit. cap. inter monaſterium. de ſent. & re iudi. & cap. paſtoralis. de except. hæc Panor. in d. c. 1. de iud. col. 2. in fin. Et intellige, experiri, id eſt ſe defendere, vt in gl. in uerbo, experiri. d. c. 1. de iud. & iterum gloſ. in uerbo, experiri. in c. qui generaliter. de procura. lib. 6.

ANNOTATIONES.

1 Cautus ſis tu iudex, quod facias tibi licentiam dari à reo, &c.] *quid in alijs iudiciis ac tribunalibus fiat, aut fieri debeat circa hunc articulum non curo, certum eſt tamen, quod in tribunali Sanctę inquiſitionis nec iure, nec uſu receptum eſt ut hæc licentia procedendi contra reos, petatur ab ipſis reis, habent iudices fidei poteſtatem & facultatem à ſede Apoſtolica procedendi generaliter contra quoslibet reos in fidem delinquentes paucis quibuſdam exceptis, quare non eſt neceſſarium, imò quidem nec utile, hac uti cautela.*

CITATIO ET CITARE.

1 Citatus ut compareat perſonaliter, tenetur per ſe comparere, & non ſufficit comparere per procuratorem, præcipue in cauſa criminali. 5. quæſt. 3. in criminalibus. Et Panor. in cap. expoſuit ſuper gloſ. 2. de dila. Ad hoc eſt text. in cap. primo, de iud. lib. 6. & gloſ. ibi: in uerbo. criminalis.

2 Citatus aliquis ſuſpectus de hæreſi, aut de pertinentibus ad officium inquiſitionis hæreticæ prauitatis, ab ordinario & inquiſitore ſimul, debet primo obedire inquiſitori, cuius iuriſdictio eſt maior, nobilior, & fortior, ergo illi prius eſt parendum. 8. diſtinct. quæ contra. 11. quæſt. 3. qui reſiſtit.

Nec eſt dicendum quòd Ordinarius habeat iuriſdictionem æqualem cum Inquiſitore, quia hoc negatur, cum habeat ordinariam, niſi admixta fuerit delegata, vt dicitur in c. per hoc. eod. tit. lib. 6. in princip. ibi: ſi habent. Inquiſitor autem cum ſit delegatus Papę. d. cap. per hoc cenſetur ille, cuius locum tenet. 2. q. 6. ſi Epiſcopus. 93. diſt. c. fi. de offi. deleg. c. ſane, el 2. hæc Gemi. d. c. per hoc. Confirmat Fel. in c. excommunicatus, el 1. de hæreticis, in quarta col. ibi: Nota ex fine Epiſcopum eſſe Ordinarium in crimine hęreſis.

3 Et quod plus eſt, putat Archid. quòd citatus prius coram Ordinario,

ſi poſtea citetur per inquiſitorem, deſerto iudicio ordinarii uenire debet coram Inquiſitore. ff. de re iud. contra pupillum. & per prædicta capitula, quæ contra. & qui reſiſtit. Et ſic ſecundum eum non eſſet curandū ſi ordinarius præueniret in cōueniendo, & hoc dicit verum Ioannes And. Lapus autem dicit, quòd ſibi videtur, quòd quando Diœceſanus procedit auctoritate ordinaria, tunc ſit verum quod dicit Archid. Si autem procedit auctoritate delegata, vt pote contra exemptos, tunc ſit in optione citati coram quo primo compareat. hęc omnia Geminianus, in d.c. per hoc. in 1. col. ibi vide.

4 Citatio eſt neceſſaria ad ſententiam audiendam, vt aperte dicit tex. in Clem. ſæpe. de uerb. ſignifi. Confir. Io. de Lignano in repetitione quā ponit Io. de Imola. in fi. Clem. Ad hoc facit gl. in uerbo, reſpondeat. c. cum contumacia. de hæret. lib. 6.

5 Citatio facta ad domum, ex quo veriſimile eſt quòd veniat ad notitiā citandi, tenet, vt dicit Angel. in lib. maleficiorum, clauſula, iudex commiſit quòd Caius. col. 5. cum addi. ſequenti.

6 Citatio continens in ſe notoriam iniuſtitiam non arctat citatum, ſecundum Inno. in c. 2. de dila. hæc Panor. in cap. ex parte tua. de appel. in fi. ibi vide.

7 Citatio per edictum tenet vbicumque neſcitur quis ſit citandus; pro hoc facit. cap. fina. qui matri. accu. poſ. & in cap. ſignificauit. & in cap. Albericus. de teſti. Confirmat. in cap. gratum. de offic. deleg. ſecundo notabili.

8 Vbi quis citatur vt compareat certa die, nec hora determinatur, debet citatus comparere tali hora, qua iudex congrue poſſit incipere & finire actum incumbentem. hæc Panor. in cap. conſuluit. de offic. deleg. nec alibi. ita bonus text. Et ibi habes multa de citatione. Ad idem eſt dominus Fel. in dicto c. conſuluit. 2. col. Et intelligitur de hora conſueta, quando de ea poteſt apparere, & quando hora eſt de conſuetudine, tunc expreſſio diei habetur pro expreſſione horę, vt dicit idem Fel. in c. ad petitionē. de accuſa. in fine.

9 Si quis commiſit aliquod crimen hæreſis in vna Diœceſi, & poſtea ſe transfert ad aliam Diœceſim, poteſt citari per Inquiſitorem illius primæ diœceſis in qua commiſit crimen. cap. vt cōmiſſi. eod. tit. lib. 6. in prin. & ibi. gloſ. in uerbo, procedendi. Facit quod dicit Angel. in libro maleficiorum, clauſula, Commiſit iudex quòd Caius prædictus. columna quarta, in fine.

10 Vbi quis citatur ad ſententiam, non ualet citatio, ſi dicatur ad audiendam uoluntatem ſeu intentionem iudicis. ad hoc eſt gl. in Clem. ſæpe. in uerbo, ad id, de uerb. ſignifi.

Sed quando ponuntur iſta uerba in citatione, niſi ueneris, procedetur ad ſen-

ad ſententiam. illa uerba habent vim peremptorii. Ita dicit Specula. tit. de citatione. §. viſo, uerſic. quid ſi lata. & uerſi. quæro an clauſula. Idem dicit Innocen. in c. ad petitionem. de accuſa. hæc dominus Felinus, in cap. conſuluit. de offic. deleg. in gl. in uerbo, terminum peremptorium, in fi. Et ibi ad hoc facit Panor. Et idem Fel. in d. c. ad petitionem. de accuſa. col. 7. ibi, ſecundo quærit, quibus caſibus.

11 Aduertas tamen, ne feras ſententiam condemnatoriam contra reum qui eſt in carceribus: ſed facias eum citari & duci ante tribunal tuum, & non feras ſententiam in abſentem, licet detentus ſit in carceribus, quia iſto caſu diceretur abſens: & ita obſeruat totus mundus. hæc Ang. in lib. male. clauſula, Qui iudex commiſit præconi, in fin. primæ additionis. De citatione vide aliqua infra in verbo. Monitio.

12 Vtrum autem credendum ſit nuncio citanti: dicendum quod ſic, quantum ad ea quæ pertinent ad officium ſuum. uide ad hoc gloſ. in uerbo. in iudicio, cap. venerabilibus. de ſen. excom. §. ſecus autem. lib. 6. Vide etiam Gemi. ſuper dict. gloſ. & Panor. in c. conſuluit. de offic. deleg. & in c. cum parati. de appel. ubi glo. in verbo, ſuus nuncius, dicit nuncio publico & iurato creditur quo ad citationes, aliter non creditur.

ANNOTATIONES.

2 Citatus aliquis, &c. debent primo obedire Inquiſitori.] *De hoc articulo uide Lodouicum Carrerium tract. de hęret. nu. 71. uer. citantibus tamen ambobus. Ioannem Roiam in ſingularibus fidei, ſingul. 44. incipien. conuenirl. quis non debet. adde omnino Eymericum in Directorio Inquiſitorum parte 3. quæſt. 5.*

4 Citatio eſt neceſſaria ad ſententiam.] *de materia citationis quantum ad praxim in primis pertinet, late Iulius Clarus in pract. crimi. quæſt. 21. iam nullus Criminaliſta hanc tractationem omiſit.*

9 Si quis commiſit aliquod crimen hæreſis in vna Diœceſi, &c.] *Inquiſitores contra abſentes, qui in ſua prouincia deliquerunt procedere poſſunt. Sed quod fabricari poſſit proceſſus contra abſentes in ſacro tribunali copioſe diximus apud Eymericum in Directorio Inquiſit. par. 2. ſuper q. 42.*

1 Clerici priuantur beneficiis eccleſiaſticis, quæ ſunt adepti ad preces hæreticorum, & eorum fautorum & ſi illa receperunt ſcienter, nequaquã poſſunt ad alia beneficia in poſterum admitti, ut habetur in c. quicumque. de hæreticis. §. Ad hæc. lib. 6. Et Gemi. ibidem in princ.

2 Clerici nõ exhibeant hæreticis & eorum fautoribus eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos præſumant tradere eccleſiaſticæ ſepulturæ cap. excõmunicamus. el primo, §. ſane, extra eod. tit. primo ſunt excommunicati ipſo

facto

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

facto qui ſciēter hæreticos & eorum fautores ſepeliunt, nec poſſunt abſolui niſi proprijs manibus ea extumulent publice,& proiiciant corpora corũ,& locus ille perpetuo careat ſepultura, ut patet d.c.quicumq;. Sed ſi plures ſepelierunt,& vnus extumulet,alii poterunt abſolui, ut dicit Gemi.ſuper d.c.quicumque.col.3.vbi.quid ſi plures ſepeliunt.

3 Clerici qui inuenti fuerint impedire negotiũ inquiſitionis,inſtruendo citatos hæreticos de celanda veritate, uel de dicēda falſitate,ſeu eos indebite liberando,poſſunt compeſci,& pęna debita caſtigari,tam per captionem perſonarum,quam aliàs prout culpa exegerit delinquentis,c. Accuſatus.eod.tit.lib.6.§. Sacerdotes, vbi dicit Geminianus,quod qui impedit ne veritas inueniatur in cauſa fidei,dicitur fautor hęreticorum, quod bene nota,& tene menti.

4 Clerici,qui in hęreſi uel cōſimilibus inuenti fuerint deliquiſſe,grauius puniendi ſunt quam ſæculares,arg.optimum d.c.accuſatus.§.fin. Ad idē d.c.excommunicamus. ver. ſi uero clericus.& poſſunt incarcerari ad cuſtodiam abſque eo quòd liqueat plene de delicto,& ſimiliter poſſunt torqueri.Gemin.in c.ſi clericus.de ſent.excom.lib.6.ibi, quæro an indiſtincte. circa medium. & quando ſunt ſuſpecti de hæreſi, non eſt admittendus pro eis fideiuſſor.Gemi.ibidem,in d.cap.ſi clericus.ibi,quæro quando dicatur delictum enorme,ut non recipiatur fideiuſſor.Confirmat dominus Paris de Pureo in ſuo tractatu de ſyndicatu,c.incipiente. Mandauit Rex Poteſtati.col.3.uer.an clerici poſſint torqueri.

Quæ autem ſint indicia ſufficientia, uel non ſufficientia ad torquendum clericum,committitur iudicis arbitrio.l.3.§.fi.de teſtib.Cyn.in l.fi. de quæſtio. Ioan. And. in c. cum in contemplatione. de reg.iur.& Bart. in d.l. fin.de quæſtio. hæc dominus Paris in d.cap.Mandauit Rex Poteſtati.eadem col.poſt prædicta.

ANNOTATIONES.

4 Et quando ſunt ſuſpecti de hæreſi, non eſt admittendus pro eis fideiuſſor.] *De hac difficultate in terminis poſuit quæſtionem Eymericus in Directorio Inquiſitorum,parte 2.quæſt.90.ubi dixi copioſe.adde Antonium Gomezium tomo 3.uariar.reſol.cap.9.*

ibi. Quæ autem ſint indicia,&c.] *In cauſa hereſis ex quibus indiciis & cauſis ad torturam poſsit procedi tam contra clericos, quàm contra laicos, abunde oſtendimus cum Eymerico in Directorio Inquiſit.parte 3.quæſt.61.adde omnino Iulium Clarum in practi.crimi. quæſt.20.21. & ſeq. & Antonium Gomezium tomo 3.uariar.reſolut.c.23.*

COM-

COMMISSIO ET COMMITTERE.

1 Committere poſſunt Inquiſitores & ſubdelegare uices ſuas, & tales uocantur commiſſarii. in cle. 2. eod. tit. gloſſ. autem ibidem in uerbo, ipſorum commiſſariis. uocat eos uicarios. idem dicit domin. Cardin. Zaba. in clem. 1. eod. tit. §. & quia. Confirmat Io. de Imo. in dicta Clem. 1. in uerſi. uerum. in glo. & tunc.

Et de iis uicariis inquiſitoribus nil habetur, quod oporteat eos attigiſſe quadrageſimum annum, ſicut dicitur de Inquiſitoribus; Nam cũ hæc ſit quædam reſtrictio, tantummodo ad Inquiſitores reſtricta, & cum ſit quaſi quædam pœna, non debet extendi ad ipſorum Inquiſitorum uicarios. patet, quia odia reſtringi, &c. de regul. iur. lib. 6. dominus Card. Zabar. in clem. vnica. de uſuris, quæſt. 23. dicit, quod conſtitutio pœnalis nõ debet extendi ad perſonas non expreſſas. Cũ ergo neq; in textu, neq; in glo. fiat mentio de uicariis Inquiſitorum, quod debeãt attigiſſe quadrageſimum annum, ſed tãtummodo dicitur de Inquiſitoribus inſtitutis per prelatos ordinis, vel de Inquiſitorib. inſtitutis ab Epiſcopis, uel a Capitulis ſede uacante, ut patet in gl. in uerbo, committi. dicta Clem. 2. ſequitur quod iſta conſtitutio non debet extẽdi ad uicarios: & preterea nõ ſubeſt eadẽ ratio de Inquiſitoribus & de eorum uicariis, quia Inquiſitores ſunt ſupra uicarios ſuos, & eis communiter non committunt omnimodam auctoritatem ſuam, ſed communiter ſemper aliquid ſibi reſeruant, præcipue in his quæ ſunt magis ardua, non ergo requiritur tanta ſufficientia, & ex conſequenti tanta ætas in uicario, quanta in Inquiſitore.

2 An autem Inquiſitores poſſint committere uicariis ſuis, quod poſſint prædicare crucem, excommunicare, uel abſoluere, diſpenſare cum irregularibus, uel iniungere pœnitentias, ſicut poſſunt ipſi uigore priuilegiorũ Apoſtolicorum ipſis Inquiſitoribus cõceſſorum: & uidetur quod nõ, per cap. fi. de offi. deleg. in fine ibi, cæterum. Dicendum, quod cap. illud loquitur de quibuſdam, quibus talia ſupradicta ſpecialiter expedienda cõmittuntur, & tales ſunt meri executores ad certos articulos expediẽdos deputati, & nullam habent iuriſdictionem, ut dicit ibi text. in fi. ideoque uices ſuas alteri cõmittere non poſſunt: & ad hoc eſt gloſſ. notabilis ibidem in uerbo, commiſſum. Inquiſitores autem nõ ſunt meri executores deputati ad certos articulos expediẽdos, ſed ſunt deputati ad uniuerſitatem perſonarum in cauſa hæreſis, & habent iuriſdictionem delegatam à Papa, quia ſunt delegati a Papa, ut cap. per hoc. & c. de aliquib. de heret. lib. 6. & Gemin. in dicto cap. ne aliqui. ibi: quæro an inqſitor. & in dicto cap. per hoc. in primo notabili, & ibi, quæro an inquiſitor generaliter datus. Cõfirmat Card. Zaba. in Cle. 1. §. & quia. de hær. ibi, ſecũdo quæro an Inqui-

Inquiſitor. Poſſunt ergo Inquiſitores ſubdelegare, & committere prædicta. Facit quod dicit Panormit. in dicto §. cæterum, in princ. ubi dicit, ꝙ ubi committitur iuriſdictio per Papam, poteſt fieri ſubdelegatio, uidetur tamen ſentire ipſe Panorm. ibidem in notabili ſequenti, quod diſpenſare cum irregularibus non poſſit committi, quia ad hoc uidetur electa induſtria perſonæ. Facit ad hoc quod dicit glo. fin. dicto §. cæterum.

ANNOTATIONES.

1 Et tales uocantur Cōmiſſarii] *de Commiſsariis ſeu uicariis Inquiſitorum plene Eymericus in Directorio inquiſi. parte 3. in principio, nu. 47. & ſeq. ubi docet practicam & modum inſtituendi hos commiſsarios. ex illis totus hic locus illuſtrabitur.*

Ibid. Et de his Vicariis Inquiſitorū nil habetur, quod oporteat eos attigiſſe quadrageſimum annum] *hodie hæc controuerſia de ætate horum commiſſariorum ſublata eſt per reſcriptum Clementis 7. incip. Cum ſicut. §. decernimus: per quod triginta annorum ætas in eis ſufficere declaratur; dixi apud Eymericum in Directorio inquiſit. parte 3. ſuper quæſt. 16. His vicariis Inquiſitores multa committere poſſunt, non autem ut diſpenſent cum irregularibus ſicut nec Inquiſitores diſpenſant, ut dixi in Direct.*

CONFESSIO ET CONFESSVS.

1 Confeſſus crimen ſuper libello inepto poteſt condemnari. Bal. in l. 2. ad fi. C. de re iudicata. ut etiam per Inn. in cap. qualiter. el 2. de accuſa. ubi idem Inno. dicit, quod confeſſio non curat ineptitudinem iudicii, quod tene menti. Confirmat Panor. in cap. at ſi clerici. de iudi. in gloſ. 1.

2 Immo confeſſio purgat omne uitiū proceſſus, ut eſt caſus in cap. pen. de accuſa. lib. 6. & notatur in cap. Piſanis. de reſti. ſpol. hæc Angel. in lib. malefi. clauſula, comparuerunt dicti inquiſiti & negauerūt totum. col. 8. Et ratio eſt quia crimen eſt factum notorium per confeſſionem. de cohabi. cle. cap. primo. Gemi. in dicto cap. 1. de accuſa. circa prin. Et Angel. ubi ſupra immediate, ead. col. Confirmat idem Angel. in eo. lib. clauſula qui dictus iudex addidit uel detraxit. col. 4. ibi. Secundo limitabat.

3 Et talis ſic confeſſus non poteſt reuocare iſtam ſuam confeſſionē, præcipue ſi deliberate cōfeſſus eſt, & nō ex calore iracundiæ, ut notatur per Inno. in cap. per inquiſitionem. de elect. Confirmat Gemi. in dicto cap. 1. ibi; quære an iſte poſſit reuocare. Ad hoc eſt gloſ. 2. in cap. ex litteris. de diuortiis. Vbi dicit Panor. quod confeſſio facta calore iracundiæ nō præiudicat, niſi detur perſeuerātia, aliàs ualet cōfeſſio facta in criminali, nec

exigi-

exigitur alia perſeuerantia,ut in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.& exhibi.reo, & in cap.2.de confeſsis.Et hoc dicit ipſe Panor.eſſe notandum,& nō tradendum obliuioni.

Limita etiā ſi confeſsio prius eſt facta & poſt fit proceſſus,etiam ſi ſit ineptus,poteſt ſequi condemnatio,ſecus ſi nullitas fuit ante confeſſionē. hæc Angel.in d.lib.clauſula, Comparuerunt dicti inquiſiti & negauerūt totum.colum.8.in fine additionis ſequentis.Facit ad hoc gloſ.2.in dicto cap.primo.de accuſa.

5 Confeſsio non poteſt reuocari in criminalibus, ubi confeſsio fuiſſet perſeuerata,niſi errore allegato & probato:hoc eſt ſingulare uerbū Specul.in tit.de confeſsis.§.fi.uerſ.Sed nunquid in criminalibus.& ipſum ſequitur ibi Io.And.hæc Angel.in eo. lib.clauſula, Comparuerunt dicti inquiſiti in termino defenſionis.in prima additione, & nota bene illam additionem.

6 Confeſsio facta præcedente illo iuramento, quod plenam & merā ueritatem dicet,non recipit excuſationes ex poſt facto, ſed illa quæ fit ſub forma iuramenti,quod reſpondebit ad interrogata,recipit excuſationes quæ tamen non perimant confeſſionem,ſed exponāt. Panormit.in c. cū dilecti.de accuſat.quarto notabili.Qui ibi immediate ſubinfert, & dicit ſingulariter eſſe notādum,quod ubi confeſſio etiam iurata, poteſt retorqueri & ad bonum,& ad malum,ex quo tamen prima frōte ſonat in malum,debet fieri interpretatio in malam partem, & contra confitentē, niſi confeſſionem excuſans probet illas excuſationes. Facit ad hoc quod dicit ipſe Panor.in cap.cum ueniſſent.de inſtit.Et etiam immediate ſubdit ipſe Panorm. quod ex confeſſione alicuius capitur illud quod contra eū eſt,non autem id quod pro eo eligi poteſt, & hoc quando inſurgit mala præſumptio contra illud quod facit pro eo.

7 Confeſſio rei eſt tantæ potentiæ,quod facta etiam coram iudice incōpetenti,tenetur illam confirmare coram ſuo iudice competenti.Ita dicit Innocen.in cap.at ſi clerici.de iudi.& hoc pręcipue ſi ex tali confeſſione orta ſit ſuſpicio uel infamia. Ang. in lib. de maleſi. clauſula, comparuerunt inquiſiti,& negauerunt totum,col.11.ibi,Et tene menti. uide ad hoc Innocen.in cap.per Inquiſitionem. de elect.& Ant.de But.in dicto cap. at ſi clerici.

8 Sed nota ꝙ iſtis,qui de ſe confitētur,creditur nō quantū ad conuincēdū,ſed quātū ad ꝑſumptionē,unde ſi adſint alię ꝑſumptiones, ualēt,alias nō ſufficerēt,ut dicit gl.2.in c.1.de conf.Sed intellige hoc uidelicet, quia iſtis de ſe cōfeſsis nō creditur ſuper crimine aliorum, ut dicit gl.ꝑdicta in prin.ubi etiam dicitur,ꝙ in crimine læſæ maieſtatis, alicui cōfitēti de ſe, creditur etiam contra ſocios,quod etiam probatur per tex.ibidem. & in gl.prima.cap.nemini.15.quæſt.3.iuncto text.ibidem.ergo a fortiori debet

bet uni confitenti de ſe credi contra ſocios in crimine hæreſis, quod eſt grauius capit.vergentis.de hæreti. Et præterea hoc eſt ſpeciale in fauorē fidei, quod ſocii criminis admittuntur contra ſocios, ut eſt text. in cap. in fidei. de hæret. lib. 6. Confirmat Gemi. ibidem. Ad hoc gloſ. fin. cap. quoniam aliqua de teſtib.

9 Quando aliquis cõfitetur crimen ſuum coram ſuo iudice, poteſt ei imponi quantumcunque grauior pœna, etiã ſi ſit confeſſus ſine directo proceſſu, ut dicit Inno in c. qualiter & quando. de accu. 1. col. 3. nam confeſſio in criminali inducit probationem etiam quo ad pœnæ impoſitionem licet ordo iudiciarius non fuerit obſeruatus, & ſic patet quod confeſſio non læditur ex inutili inſtantia iudicii, uel ex omiſſione ordinis iudiciarij, ut dicit Gemi. in cap. accuſatus. de hæret. lib. 6. in prin. de hoc ſupra eo. uerb. §. 2. & §. 4.

10 Cõfeſſionē factã ſine tortura nõ oportet reiterari, quę autem eſt facta in tormentis uel metu tormentorũ, ut puta ſi erat ligatus in tortura, uel ante torturam ductus, uel ante torturam ſpoliatus, neceſſe eſt, quod talis confeſſio ſic facta, ratificetur ad banchum, & debet tortus per vnam diē naturalem quieſcere poſt torturam, antequam ducatur ad ratificandum vel hoc erit arbitrio boni iudicis, ut faciat eum ratificare eo tēpore, quo ueriſimiliter ceſſauerit metus tormentorum. hęc Ang. in lib. malefic. clauſula, Fama publica. col. 42. ibi, poſtquam aliquis eſt.

11 Si quis ſine tormentis confitetur, etiam non præcedētibus indiciis, habetur pro cõfeſſo. per not. in cap. 1. de accuſ. lib. 6. & hoc ſequitur Pet. de Anchar. in clem. 1. de homi. ſed Bal. in l. 1. de confeſſis. ſimpliciter tenet, quod cõfeſſio extorta nõ præcedentibus indicijs, ſi in ea perſeuerat reus confeſſus, ualet, ut allegat gl. illius l. & gl. in l. 1. § illius. de quæſt. Et cum Bal. tenet Pa. de Leaza. in cap. grauis. de depoſito. ad fi. & Bar. in tract. de quæſtionibus tenet idem quod in l. quouis. ff. eo. & eſt glo. in l. 1. ad fi. C. eod. tit. ubi Bal. dicit, quod tortura indebite facta a principio non uitiat reliquum proceſſum ualidum ex poſt factũ. & dixit Bal. in l. fi. C. de accuſ. quod indicia ſequentia non confirmant torturam pręcedentem, nec confeſſionem per eam extortam, quia eſt ordo peruerſus. Hæc dominus Paris de Puteo in tractatu de ſyndicatu, in c. inci. an ſtetur dicto torti. colum. 10. uerſi. datur regula, quod ex cõfeſſione de ualiditate confeſſionis, & præcipue quæ eſt perſeuerata. uide quod dicit ipſe dominus Paris in eodem tractatu, in cap. incipiente: An ex ſola confeſſione facta in iudicio, &c.

12 Confeſſus in iure non auditur appellans, ſi tamen ita ſit confeſſus, ꝙ ſtandum ſit confeſſioni, non tormentorum formidine territus. Ad hoc eſt gloſ. ſingularis in uerbo, uel de quo. cap. Romana. de appel. lib. 6. Cõfirmat Gemi. ſuper dicta glo. ubi dicit, quod in confeſſum nullæ ſunt partes iudi-

tes iudi-

tes iudicis niſi in condemnando, facit ad hoc optime gl. 2. in cap. 1. de accuſ. lib. 6. facit etiam c. per tuas, de proba.

ANNOTATIONES.

1 Confeſſus crimen, &c.] *Inter omnes ſpecies probationis confeſſio obtinet primum locum: neque enim vlla clarior, aut efficacior probatio inuenitur; cæterum multa ſunt in confitentibus, & modo confitendi conſideranda antequam ex confeſsione condemnatio ſubſequatur; ex quibus multa refert Auctor hoc loco, non tamen omnia neceſſaria complectitur. Adde ergo in hac cauſa Simancam de Catho. inſtit. tit. 13. de confeſsis. Antonium Gomezium tomo 3. de delictis cap. 12. & Iulium Clarum in pract. crim. quæstio. 21. & quæſt. 55.*

CONSENTIRE.

1 Conſentiens hæretico pari pœna punitur ſicut hæreticus, arg. in c. 1. de offi. deleg. & ibi glo. optima in verbo, pari pœna, vbi declaratur multiplex conſenſus, videlicet, negligentiæ, conſilij, cooperationis, & defenſionis, & dicit gl. quòd illi qui conſentiunt defendendo, magis puniuntur, vbi Panor. poſt Hoſtien. dicit, quòd hoc procedit in crimine hæreſis, & in maioribus criminibus.

ANNOTATIONES.

1 Conſentiens hæretico pari pœna punitur ſicut hæreticus.] *Huc ſpectat textus in c. conſentire, & in c. error. 83. diſt. de quo articulo egi plene in cap. qui alios, de hæret. relato in Directorio Inquiſit. parte 2.*

CONTVMAX.

1 Contumax dicitur ille qui non paret mandato iudicis, vel ſe abſentat a iudicio, & habetur contumax pro confeſſo, ſi perdurat in contumacia per tempus. Gemi. in c. cum contumacia, de hæret. lib. 6. & Bart. in l. penult. ff. de quæſtio. & Angel. in lib. maleſi. clauſula, Qui iudex, videns quòd inquiſiti comparuerunt. col. 7. facit ad hoc cap. 2. de confeſſis, lib. 6.

2 Fuga ſola non inducit confeſſionem delicti, de hoc in cap. vt commiſſi, de hæret. lib. 6. hæc Gemi. in dicto cap. cum contumacia. facit tamen fuga ſuſpicionem, quia per hoc apparet de ſua iuſtitia diffidere. 11. q. 1. Chriſtianus, in fin. 3. quæſt. 9. decernimus, de præſump. cap. nullus, ſecundum

Archid. Ioan. And. Geminia. in dicto cap. cum contumacia.

3 Contumaciter abſens habetur pro præſente in præiudicium ſuum.c.2. de arb.lib.6.& glo.ibidem in uerbo,præſente.Confirmat Panor. in cap. veritatis,de dolo & contu.col.2.ibi,Nota ibi præſentes.Facit ad hoc c.abſens,3.q.9.& c.in nomine Domini.de teſti.

4 Lapſus anni in excommunicatione operatur non ſolum quòd contumax pro conuicto habeatur,ſed etiam quòd poteſt ferri ſententia diffinitiua contra eum.hoc Panor.in d.c.veritatis,col.6.ibi,ex prædictis.

5 In contumacia præſumitur pertinacia ipſius contumacis ſine dubio,ſi perſeuerauerit per annum,niſi forte aliud apparuerit, puta,ſi inquiſiuit de iudice, vel inſtabat pro abſolutione,vel offerebat ſatisfactionē & his ſimilia,aliàs non præſumitur pertinacia,niſi de illa conſtet,vt in Clem.1. §. porro,de Summa Trin.& Clem.de vſuris,ex graui. §.ſane. Ioan.And. hæc Gemin.in d.c.cum contumacia.

ANNOTATIONES.

1 Contumax dicitur ille, &c.] *de contumace, & contumacia in cauſa fidei copioſe agunt Doctores in capit. cum contumacia, de hæret. lib. 6. adde Zanchinum tract. de hæret. cap. 9. & Simancam de Cathol. inſtitu. tit.14. de contumacibus.*

2 Fuga ſola non inducit confeſſionem delicti,&c.] *hæc ſententia ueriſsima eſt in crimine hæreſis,ut recte docet Ioannes Roias tract. de hæret. par.2. aſſertione 15.nihil enim commune habet hæreſis cum fuga, vel carceris affractione, quare detruſus in carcerem ad cuſtodiam ob hæreſim ſi inde fugiat, neque pro cōfeſſo neque pro conuicto habendus.*

Similiter non eſt habendus pro relapſo ob ſolam fugam qui fugit ex carcere in quem coniectus eſt ad agendam pœnitentiam ſicut copioſe docui apud Eymericum in Directorio Inquiſit.par.3.ſuper quæſt. 9.

CONVINCI ET CONVINCERE.

1 Conuincitur aliquis in crimine quatuor modis, aut iure, ſcilicet,inſtrumentis,vel teſtibus, aut facti euidentia.c.tua.de cohab.cler.& 2.q.1.quæ Lotarius.aut iuris interpretatione, vt ſæpius citatum eſſe reū, vt 3.q.9. c.decernimus,aut violenta præſumptione ſeu ſuſpicione,32. q. 1.c. dixit,hæc in gl.1.ſuper c.nos in quenquam,2.q.1. facit ad hoc glo.3. in c.ad abolendam,de hære.

2 Conuincitur etiam aliquis hoc modo:Si ſuſpectus de hæreſi citatur vt veniat reſponſurus de fide coram Inquiſitore, ſi fuerit excommunicatus pro eo quòd parere ſubterfugit,aut cōtumaciter ſe abſentat,& ſi per an-

num excommunicationem illam animo ſuſtinuerit pertinaci,ex tunc velut hæreticus poteſt condemnari,d.c.cum contumacia,vbi uide gl.in uerbo,reſpondeat.Facit gl.in c.ruſus,11.q.3.

3 Item ſi quis quia præbuit impedimentum officio Inquiſitionis, aut ſe opponere eidem præſumpſerit,cum ſit ipſo facto excommunicatus,eam excommunicationem per annum animo ſuſtinuerit pertinaci,extunc velut hæreticus poteſt condemnari,c.vt Inquiſitionis,eo.tit.lib.6. Confirmat Gemi.in d.c.vt Inquiſitionis.§.ſi quis uero,eod.tit.lib.6.

ANNOTATIONES.

1 Conuincitur aliquis in crimine,&c.] *quantum ad cauſam hęreſis attinet, quot modis aliquis hæreticus conuincatur, ſiue deprehendatur dilucide oſtendit Eymericus in Directorio Inquiſit.paste 3.quæſtio.89. & copioſe Arnaldus Albertinus tract.de agnoſcendis aſſert. quæſtio. 29. nume.8.& multis ſequent.*

CHRISTIANI IVDAIZANTES.

1 CHriſtiani qui ad ritum Iudęorum tranſierunt,& qui prius erant Iudæi,poſtea facti Chriſtiani redeunt ad ritum Iudæorum, dicuntur hæretici,& contra eos tanquam hęreticos,ſimiliter contra eorum fautores eſt procedendum, ſi tamen de hoc fuerint confeſſi, uel per Chriſtianos,vel Iudæos conuicti.d.c.contra Chriſtianos,& Gemi.ibidem, de hoc habes infra in uerb.Iudæi.§.1.ubi nota,quòd ritus dicuntur mores & obſeruantiæ,28.q.1.ſecundum Archid.hæc Gem.ibidem.

ANNOTATIONES.

1 Chriſtiani qui ad ritum Iudæorum tranſierunt.] *De materia huius §. præter Doctores in cap. contra Chriſtianos. de hæret. libro 6. uide Zanchinum, tract. de hæret. cap.36.& ibidem late Campegium. Repertorium Inquiſi. uerbo, Reiudaizantes,& Eymericum in Directorio Inquiſitor.parte 2.quæſtio.44. ubi dixi.*

CRVCESIGNATI.

1 CRuceſignati in ſubſidium fidei tenentur deferre ſignum crucis patenter: nam milites armatæ militiæ recipiunt ſtigmata,ex quibus milites cognoſcātur, l.ſtigmata, C.de fabricenſibus, & qui ſignū mutat, trāſugę pęna punitur,l.1. ff.de re militari,imo qui aſſumptum crucis ſignum

ANNOTATIONES.

1 Cuſtos carcerum Inquiſitoris, &c.] *De iuramento cuſtodis carcerum & aliorum miniſtrorum ſancti officii uide Simancam de Catho.inſtit.tit.41.de miniſtris & eorum officiis.*

DÆMONES INVOCARE.

1 DÆmones inuocare an ſit hæreticum, Gemi.in cap.accuſatus, in §.ſane.eod.tit.lib.6.ponit duas opiniones, & credit utramq; poſſe ſal- 1
uari, quia aut quis inuocat dæmones putas ipſos poſſe facere id ad quod inuocat ex eorũ poteſtate actiua, & tunc opinio Lapi procedit, quia aliter inuocans dæmones eſt hæreticus, cum attribuat eis id quod eſt Dei, per quem omnia facta ſunt. Ioan. primo. Ad hoc 29.quæſt. 3. Epiſcopi. ubi expreſſe appellat hęreticos quęrentes auxilia a diabolo, derelicto Deo: aut inuocat dæmones non tamen credens eos poſſe oparari ex ſua poteſtate actiua totaliter, ſicut ad id quod eſt ſuę naturę, ſicut eſſet quod tentaret mulierem ad concupiſcentiam cum aliquo, & tunc procedit alia opinio, quia iſtud, licet ſit malum facere, non tamen uidetur hæreticus, quia Saluator uocat eum tentatorem. Matth.4.hęc Gemi.ubi ſupra. ibi; quærit hic Lapus. Abbas. Confirmat Panor.in cap.in tabulis.de ſortileg. ſuper gloſ.fina.

2 Vt autem melius prædicta intelligas, nota ſecundum Oldradum, attendendam eſſe intentionem inuocantis: quia aut inuocat ut ſciat futura, & hoc ſapit hæreſim manifeſtam, quia id attribuitur diabolo quod conuenit Deo, iuxta quod dicit Iſaias.41. cap. Annunciate nobis quæ ventura ſunt, & ſciemus quia dii eſtis. aut inuocat ad tentandum pudicitiam mulierum, & tunc ſi facit per modum imperii, ut præcipiat diabo- 1
lo, non ſapit hæreſim manifeſtam; quia eſt ſibi proprium tentare: ſi autẽ facit ipſum adorando, & ut ipſum adoret, tunc ſapit hæreſim manifeſtã, & hoc non propter perſonam, ſed propter uitium in adoratione diaboli. Hoc Oldradus in ſuo conſil. 208. quem allegat Gemi. dicto cap. accuſatus. §. ſacerdotes. in fine.

ANNOTATIONES.

1 Dæmones inuocare an ſit hæreticum, &c.] *Hæc tractatio de inuocantibus dæmones late patet, nec breuibus poteſt comprehendi, & auctor hic ualde quoque ſtuduit breuitati, quare ab aliis plenior eſt cognitio petenda, & uidendi in primi Zanchinus, tract. de hæret. cap. 22. Eymericus in Directorio Inquiſit. parte. 2.*

parte.2.quæſt.43. Alfonſus Caſtrus lib.1.cap.13.de iuſta hæret.punitione, & alii quos retuli apud Eymericum præcitato loco.

Quantum autem attinet ad conſilium Oldradi,*quod hic citat auctor, id incipit* Regularis habet traditio.*et eſt numero 210. in eandem ſententiam ſcribit Geminianus conſil.54.incipien.* Quidam ſacerdos. *Sed uide omnino Spineum tract.de lamiis in ultima apologia,ex quo intelliges an hæc auctoris doctrina ſit uera,nec ne.*

DEFENSIO.

1 DEfenſio iuſta & æqua reſeruatur cuilibet contra quẽ proceditur de crimine hæreſis.cap.cum inter priorem. de except. ſecus dicũt qui dã de dilatoriis,quia non permittitur ei de iuris apicibus diſputare. Ad hoc.ff.mãd.l.ſi fideiuſſor.§.quædam.hæc Hoſtiẽ.in Summa.tit.de hære. §.quæ pœna imponatur.uerſ.ſin autem.in fine.

2 Defenſio legitima eſt de iure naturali, & ſic nemini eſt auferenda.l. quoties. C.de preci.Impe.offer.& in Clem.paſtoralis.de ſen. & re iudi. in §.cæterum defectus.hæc Ioan.de Imola,in Clem.ſępe. de uerbo. ſign. ſuper gl.in uerbo.defenſiones. Vbi nota quod idem Ioan.de Imola in dicta Clem.ſæpe.ſuper glo.in uerbo dilationes.dicit,quod intentus & mẽs literæ eſt,quod ſolum poſſit iudex repellere exceptiones fruſtratorias,& oppoſitas malitioſe ad differendum iudicium,ut dicit glo.ibidem.& habetur in cap.finem litibus.de dol. & contu. exceptiones quæ magis fruſtrant & differunt iudicium ſeu proceſſum, quam reſpiciant ueritatem, quia illæ non ſunt de iure naturali,imo magis repugnant.hæc ille.

ANNOTATIONES.

1 Defenſio iuſta eſt æqua,&c.] *Auctor hic breuiter & conciſe agit de defenſionibus,ſed quæ defenſiones in cauſa hæreſis allegari poſſint, aut reos tueantur non docet,uidendi ergo Eymericus in Directorio inquiſit.par. 3.nu.117.& ſeq.tit.de defenſionib.reorum,& Simancas de Catho.inſt.tit.17.eo.tit.*

DEFENSOR HÆRETICORVM.

1 DEfenſor hæreticorum ſecundum Archid.eſt duplex; Nam quandoque quis defendit errorem,quandoque perſonam;primus eſt damnabilior, & dicitur hæreſiarcha.24.quæſt.3.qui aliorum. & ſic loquitur cap.qui conſentit.11.quæſt.3.Secundus qui perſonam uiribus uel potẽtia defendit,ne ad manus iudicis examinandus ueniat,uel puniendus. Et de ſimili defenſione loquitur 21.quæſt.5.per totum.& 27.quæſt.1.ca.ſi cuſtos,

cuſtos.uel ne fiat executio. ex literis.de offi. deleg.Facit.c.felicis.de pœnis.lib.6.poſt princ.ibi poſtea receptauerit uel defenderit. hæc Gemi.in ca.quicunque. de hæret.lib.6. in 2.col. ibi:quæro quis dicatur defenſor. Confirmat hoc gloſ.in uerbo defenſauerit. Clemen. 1. de pœnis.ibi circa quartum.

2 Si autem aliquis defendit aliquem iuſte in iudicio, & putans eum inculpabilem,iura pro eo allegando,& oſtendendo eum innocentem,nō ligatur aliqua pœna,per hoc;quia in talibus iuſta defenſio reſeruatur;dicto cap.cum inter priorem.de except.& dicta.Clem.paſtoralis. de ſen. & re iudi.hæc dominus Card.Zabar.in dicta Clem.1. de pœnis.col.6.ibi. decimoquarto quæro,de defendente. Confirmat gloſ.prędicta in uerbo, defenſauerit.in fine.Secus autem ut dicit idem dominus Card.ibidem, ſi contra iuſtitiam & conſcientiam defendit. de hęret. ſi aduerſus. Tales enim defenſores appellantur,15.quęſt. 1.de pręſentium.de reb.eccle. nō alie.cap.ſi quis.& quod notatur de iureiur.cap.breui.uide ad omnia iſta malleum maleficarum,in tertia parte,quęſt.10. & quęſt.11.

3 Quia etiam receptator dicitur defenſor: ſciendum quod receptator dicitur ille qui ſcienter recipit hęreticos.arg.cap.fęlicis.de pęnis.in prin. lib.6.Sed leges illum innuūt receptatorem,qui receptat & celat,ut celatus manus iudicis euadat,ut patet ff.de recep.l.1.& 2. ff.de offic.prę ſi.in l.cōgruit.C.de his qui latr.occul.l. fi. & de his receptatorib. notat Hoſtien.in Summa.eo.tit.§.quæ pęna.Io.And.hæc Gemi.in dicto cap.quicunq;.de hæret.col.2.ibi.Sed qui dicantur receptatores.

4 Defenſores, & fautores, ac receptatores hæreticorum, ipſo facto ſunt excommunicati, & poſtquam aliquis talium fuerit notatus, ſi infra annum ſatisfacere contempſerit, ex tunc fit infamis, nec debet admitti ad publica officia, prout eſt textus in cap. excommunicamus. el primo. §. credentes.de hæreticis. iuncta gl.15.

ANNOTATIONES.

1 Defenſor hæreticorum ſecundum Archid.&c.] *De hęreticorum defenſoribus,receptatoribus,fautoribus, & ſimilibus copioſe agit Archidiaconus in cap. quicunque,de hæret.lib.6.& Nicolaus Eymericus in Directorio Inquiſit. parte 2.quęſt.50.& aliquot ſequentibus.quibus adde Zanchinum tract.de hęret. cap.4.& ſeq. alios multos,quos retuli apud Directorium prędictis locis, ex quib.intelliges ea,quę de illis tractat hic auctor.*

DIVINATIO.

1 Diuinatio tunc ſapit hæreſim manifeſte,ſecundum gloſ.in uerbo, ſaperent.dicto cap.accuſatus.§. ſane.quando circa aras idolorū nefa

 rie pre-

næ preces emittuntur, ſacrificia offeruntur, dæmones conſuluntur, eorum reſponſa ſuſcipiuntur. 26. quæſt. 2. hi, qui, & quæſt. 4. igitur uel aſſociant ſibi hæreticos propter ſortes exercendas, uel faciunt prædicta cũ corpore uel ſanguine Chriſti, uel in ſortib. ut poſſint habere reſpõſa, puerum rebaptizãt, uel his ſimilia. hæc in prædicta glo. Confirmat Panor. dicto cap. in tabulis. ſuper glo. 1. uide ad hoc glo. optimam in hac materia 25. quæſt. 2. in Summa.

2 Diuinatio ad inueniendum furta, uel ad ſciendum aliqua ſecreta, qui fit cum candela benedicta, & aqua benedicta, & puero reſpiciẽte in phiolam, & dicente hæc uerba: *Angelo bianco, Angelo ſanto, per la tua ſantità, e la mia virginità, &c.* ſapit hæreſim manifeſte, ut probat egregie dominus Andreas Barbacia in quodam conſilio ſuo, quod fecit ad requiſitionem Patris Inquiſitoris Bononienſis.

ANNOTATIONES.

1 Diuinatio ſapit hæreſim manifeſte, &c.] *præter Doctores in dicto cap. accuſatus. § ſane. de hæret. lib. 6. vide quæ ſcripſimus in Directorio Inquiſitorum parte 2. ſuper quæſt. 42. vnde intelliges quando diuinationes ſapiant hæreſim manifeſte.*

2 Diuinatio ad inueniendum furta, &c. quæ fit cum candela benedicta, &c.] *conſilium Barbatiæ quod hic ſequitur auctor incipit.* Caſus eſt talis. *habetur inter eius conſil. uolu. 1. eſtque conſilium nu. 55. & hac auctoris ſententia vera uidetur; quia cum res ſacræ miſcetur in ſortilegio, iam fit qualificatum, & ideo uidetur ſapere hæreſim manifeſte, ut dixi in Directorio parte 2. quæſt. 42.*

DVBIVS IN FIDE.

1 Dubius in fide habetur pro hæretico, dummodo dubietas ſit cum perſeuerantia, & animi complacẽtia, aliter autem propter dubietatem occurrentem, in qua quis non perſiſtit, non dicitur hæreticus, quia primi motus non ſunt in poteſtate hominis. 6. diſt. ſed penſandum. & etiam niſi per ſimplicitatem aliquis erraret in fide. Ita uoluit Inno. in rubrica de ſumma trini. in fi. Si etiam crederet aliquid contra fidem, putãs eccleſiam ita tenere, & paratus corrigi, non eſſet hæreticus. hæc Felinus in cap. 1. de hęret. Concordat Panor. in dicto cap. primo.

ANNOTATIONES.

1 Dubius in fide, &c.] *Dubius in fide quando uere ſit & dicatur hæreticus, &*

rus, & quando non, copioſè explicui in commentario, cap. dubius in fide. extra de hæret. ex illo intelligetur hic locus planiſsimè.

ERRANS IN FIDE.

1 ERrans in aliquo articulo fidei, uel in aliquo ſacramēto Eccleſiæ, per ſimplicitatem, ſecundum dominum Card. Zaba. non debet puniri: quia ſimplicitas excuſat. c. ſuper literis, de reſcript. cum ibi notatis. C. de iuriſd. omn. iud. l. in criminali, 24. q. 3. dixit Apoſtolus, & quod notatur 17. diſt. non licuit. Facit tex. in Clem. 1. de Summa Trin. in uerbo, pertinaciter, non enim pertinaciter credit, qui per ſimplicitatem errat.

Contrarium tenet Spec. in tit. de hæreticis, pro quo eſt, 24. q. 1. ſchiſma. ubi dicitur, quod non excuſat ignorantia. Ad hoc. C. de hæreticis, l. 2. de in ius voc. l. uenia. 27. diſt. c. fi. Matthæus tenet primam partem, per c. dixit Apoſtolus, quod optime probat hoc.

Dic quòd hæreticus poteſt dupliciter, largè & ſtrictè, quod notat glo. 24. q. 3. in Sententia, in fi. Largè dicitur quilibet errans in articulis fidei, ſtrictè qui errat pertinaciter, ut probat dictum c. dixit Apoſtolus, & dicta Clem. 1. de Summa Trin. & fide Catholica. Hæc dictus dominus Card. in d. Clem. uerſ. porro. ibi, quarto quæro.

ANNOTATIONES.

1 Errans in aliquo articulo fidei, &c. ſimplicitatem.] *Simplicitas ſiue ignorantia in rebus fidei, quando excuſet errantes, & quando non excuſet, in foro præſertim exteriori, multis propoſitis regulis explicui apud Eymericum in Directorio Inquiſitorum, par. 1. ſuper q. 7. adde Alfonſum Caſtrum lib. 1. c. 9. de iuſta hæret. punitione.*

EXAMINATIO TESTIVM, ETC.

1 EXaminationi teſtium ſeu deponentium in crimine hęreſis, & ipſum crimen concernentibus, debent eſſe pręſentes duę religioſę & diſcretę perſonę, in quarum pręſentia, per publicam perſonam, aut p duos idoneos uiros, eorundem teſtium depoſitiones fideliter conſcribantur, ut dicitur. in cap. ut officium. eod. tit. lib. 6. § uerum, ubi Gemi. quęrens de quibus perſonis religioſis loquatur tex. iſte, dicit quòd quandoq; ſęculares clerici dicuntur religioſi. 4. diſt. denique, quandoque laici. 44. d. non liceat. de conſtitu. eccleſia. Sed hic forſan Auctor non intellexit ſtricte illis qui habitum religionis ſuſceperunt, pro quib. prǽſumitur. de no. ope. nuncia. c. 2. uer. ſuper eo. vbi de hoc Ioan. And. hęc Gemi. ubi ſupra. 2

ANNOTATIONES.

1 Examinationi teſtium,&c. debent eſſe præſentes duæ religioſæ & diſcretæ perſonæ.] *Hodie maiori ex parte proceſſus in ſancto tribunali fiunt abſque præſentia ſiue interuentu harum perſonarum, & eos ſic factos tolerat* 1 *ſupremus Senatus Sanctæ Romanæ & generalis Inquiſitionis. Vtiliſſimum tamen eſſet vt in fine totius examinis omnia repeterētur coram his duobus perſonis: easque omnino adhibendas cenſerem cum res agitur cum cauilloſis quibusdam aſtutis ac perfidis reis, qui facile aut negare cuncta, aut inuertere ſolent.*

EXCEPTIO.

1 EXceptio quando iudex dubitat an ſit admittenda vel ne, debet eam admittere cum proteſtatione ſi & inquantum de iure ſit admittēda,& non aliter, nec alio modo. Et nota bene, quòd iudex ex cauſa poteſt recuſare exceptiones cum proteſtatione, & procedere ad vlteriora. Ad hoc eſt tex. notabilis in c. ad diſſoluendum. de deſponſa. impube. & hoc præcipue quando iudex ex probabili cauſa moueretur, puta quia vehementer præſumeret contra reum ꝙ exciperet cauſa ſubterfugiendi iudicium, vel quia eſt probabile dubium, vtrum exceptio ſit admittēda, & indago exigit lōgum tractatum: conſulit autem Hoſtien. quod iudex faciat ſcribi cauſam in actis, ut ſic appareat eum probabiliter motum. 1 Hæc Panor. in c. cum contingat. de offi. deleg. ſuper gl. in verbo, nihilominus, quam gl. bene nota, & diligenter conſidera, quia facit multũ ad propoſitum. Ad idē facit quod dicit dominus Fel. ſuper d. gl. allegat Hoſtien. in cap. nullus. de præſumpt. & dato quòd reus offerret ſe probaturum incontinenti, poſſet eſſe tanta præſumptio malitiæ, quòd non purgaretur per probationem incontinenti: ita intelligit gl. in uerbo, ſententiæ, in c. ſuſcitata, de in integrum reſtit. quam gl. bene nota, & ſingulariter pondera, quia facit multum ad propoſitum: quæ dicit, quòd licet, 1 quis incontinenti uelit probare exceptionem ſuam, ſi tamen eſt præſumptio contra ipſum, quòd malitioſè excipiat, primo mandabitur ſententia executioni, deinde ſi quid uelit proponere, audietur in modum accuſationis. Facit ad hoc quod dictum eſt ſupra in uerbo appellatio. decimo nono, notabili.

2 Contra improbe petentes dilationes eſt adhibitum remedium ſecundum Hoſtien. cum enim iudex debeat dilationis amputare materiam, C. de tempo. appel. l. 2. poteſt quandocumq; ſibi videbitur, ab excipiēte & dilationem petente, uel aliud proponente, ſi habet cum ſuſpectũ, exigere

gere iuramentum, quòd hoc non proponat malitioſe, de quo hodie eſt dicendũ, vt in c.2. de iura.cal.lib.6. Ego dico, quòd ſi vehementer iudex præſumit contra proponentem, poterit eum nõ admittere, nec curet de appellatione, iuxta notata per Innoc. in cap. poſt electionem. de conceſ. præben. & per Ioan. And. in c. ſuper eo. de appell. vbi uide. hæc Panor. in c. nullus, de præſump. in fine.

3 Et aduerte quòd iudex ex hoc ſolo quòd exceptionem probabilẽ nõ admiſit, non grauat partem, nam potuit moueri putãdo forte illam eſſe falſam, ideo, vt præſumatur grauamen, debet expectare donec probetur veritas ipſius: & ex hoc infertur quòd in facultate iudicis eſt exceptiones dilatorias vel peremptorias admittere vel repellere, nec ex ſola reiectione infertur grauamen appellationis iuſtificatiuum, hęc Panor. in c. interpoſita, de appel. in principio.

ANNOTATIONES.

1 Exceptio quando iudex dubitat an ſit admittenda, &c.] *In crimine hæreſis quales exceptiones opponi poſsint, & audiri à iudicibus fidei admitti debeant, docet Zanchinus tract. de hæret. c. 13. nu. 3. uerſ. Duæ ſunt tamen exceptiones: adde eodem loco Camillum Campegium.*

EXCOMMVNICATVS ET EXCOMMVNICATIO.

1 Excommunicati vel interdicti ab Inquiſitore non poſſunt abſolui ab Ordinario neque ab alio ſine mandato ſummi Pontificis, præterquam in mortis articulo: probatur hoc per text. optimum in c. paſtoralis. de offic. ordi. vbi dicit text. quòd cum delegatus ſit maior ordinario, excommunicatus a tali delegato nõ poteſt per alium abſolui ſine mandato ſummi Pontificis, præterquam in mortis articulo. Cum ergo Inquiſitor ſit delegatus, vt c. per hoc. de hęreticis, lib. 6. ſequitur quòd excommunicatus vel interdictus ab eo non poteſt abſolui ab Ordinario, neque ab alio. Confirmat gloſ. in verbo, præterquam in mortis articulo, dicti c. paſtoralis. Facit ad hoc Fel. in c. excommunicamus, el 1. de hæreticis. col. 3. ibi, excõmunicatione notatis, hoc etiam habetur ſpecialiter in priuilegio Alex. Quarti, quod incipit: Ad capiendum vulpeculas. dat. Laterani 7. Cal. Februarij, Pont. ſui anno tertio.

2 Excommunicatio ſi profertur propter contumaciam non eſt neceſſe, quòd ille citetur ad audiendam ſententiam, hæc Gemi. in c. cum contumacia. de hæret. lib. 6.

3 Excommunicatus iterum poteſt excommunicari: hoc dicit glo. fi. in c. ita quorundam, de Iudæis. vide bene totam illam gloſ. Confir. Panor. ſuper

per d. gloſ. Nec ualet abſolui ab una excommunicatione, niſi etiam ab alia, ut dicit Panor. ibidem.

ANNOTATIONES.

1 Excommunicati uel interdicti ab Inquiſitore non poſſunt abſolui ab Ordinario.] *Huius d. & bonam rationem aſſignat hoc loco Auctor. Adde Ioannem Roiam in ſingularibus fidei, ſingulari 57. incipien. excommunicatus ab homine.*

Iam Inquiſitores quamuis ſint Papa inferiores, abſoluere poſſunt hæreticos ad fidem redeuntes a ſententia excommunicationis, quam Romanus Pontifex contra illos promulgat in die Cœnæ Domini. Archid. Ioan. And. & Geminianus, in cap. vt officium. de hæret. libro 6. & Ioannes Roias præcitato loco.

EXECVTIO CONTRA DAMNATOS.

1 EXecutio contra damnatos de hæreſi eſt facienda per Poteſtates & officiales ſeu Rectores temporales & ſeculares, quam facere debent prompte, imo ſibi relictos debent per ſe, vel per nuncios recipere indilate, animaduerſione debita puniendos, alioquin ſi cõtrafecerint, vel ſi proceſſum vel ſententiam Inquiſitorum directe vel indirecte impedire præſumpſerint, ipſo facto ſunt excommunicati, quam excommunicationem ſi per annum ſuſtinuerint, vt hæretici condemnentur. c. vt Inquiſitionis. eo. tit. lib. 6.

Ad hoc facit c. ad abolendam, & c. excommunicamus. eod. tit. & gloſ. in verbo, indilate, dicti c. vt Inquiſitionis. dicit, quòd talis ſentẽtia debet ſtatim dilatione poſtpoſita executioni mãdari, vt patet 2. q. 1. c. ſicut. idẽ dicit Gemi. in dicto c. vt Inquiſitionis. in principio.

2 Executio ſententiæ non eſt differenda, licet appelletur, quando ſumus in caſu quo ius appellationem reijciat. Gemi. in dicto c. vt Inquiſitionis. in principio.

3 Mandatur hoc etiam per leges Federici Imperatoris, approbatas per Bonifacium Papã Octauum, in dict. c. vt Inquiſitionis. Et ſunt regiſtratę in capitularibus ciuitatis Comi, & acceptatæ per vniuerſum conſilium illius ciuitatis, anno Domini 1255. die 10. Septemb. Et prima in lege quæ incipit: Commiſſi nobis, mandatur quòd relicti brachio ſeculari debita animaduerſione puniantur.

4 Pœna animaduerſionis, eſt pęna quæ auellit animam à corpore, vt dicit Gemi. in dicto c. vt Inquiſitionis, ibi: Quæ ſit pœna. Facit ad hoc gloſ. in verbo, puniendi, c. excommunicamus. el 2. eod. tit. Ad idem Federicus

in

in prȩallegata lege ſeu conſtitutione, Commiſſi nobis.

5 Sed Panor. in cap. ad abolendam. eo. tit. ſuper glo. in verbo, audientia, allegans Hoſtien. poſt Ioan. And. dicit quòd hæretici debent puniri pœna ignis, & quod debent cremari. Et dicit quod in hoc conuenit lex diuina, canonica, ciuilis, & conſuetudinaria, ut communiter puniantur pœna ignis. Confirmat Federicus in lege ſeu conſtitutione quȩ incipit; *Inconſutilem tunicam*. vbi dicit; *Praſentis noſtra legis edicto damnatos mortem pati Paterenos, alioſque hæreticos quocunq; nomine cenſeantur, decernimus, ut uiui in conſpectu hominum comburantur, flammarum commiſsi iudicio.*

6 Sed quȩritur nunquid iudex ſȩcularis poterit petere ab Inquiſitore, ut oſtendatur ei proceſſus, ut uideat ſi iuſte uel iniuſte eſt proceſſum cōtra damnatos. Bart. in l. diuus. ff. de cuſto. & exhibi. reo. dicit quod nō tenetur ad faciendum executionem niſi proceſſus exhibeantur ſibi: & idē tenet in l. magiſtratibus. ff. de iuriſ. omn. iudi. allegādo dictā l. diuus. Sed Panor. in cap. 1. de offi. ordi. tenet contra Bart. & dicit contra ipſum eſſe text. expreſſum in dict. cap. ut inquiſitoris. §. prohibemus. ubi dicitur quod de crimine hȩreſis, cum ſit merȩ eccleſiaſticum, quoquomodo iudex ſȩcularis non cognoſcat. Ad hoc etiam Bald. & Paul. de Caſtro in eadē l. magiſtratib. & ibi Alexander, & Iaſon, contra Bart. & Panor. in c. ea quȩ, de ſta. mona. in fi. Et Barbatia in cap. 1. de offic. ord. Bal. in authen. clericus. C. de Epiſcopis. & cler. Ad hoc eſt Felinus in cap. ad abolendam in fi. cōfirmat Gemi. in dicto cap. ut Inquiſitionis, in prin. dicens notādū eſſe quod iudex ſȩcularis exequitur ſententiam latā per iudicē eccleſiaſticū abſq; eo quod cognoſcat de uiribus ſententiæ. de quo de offi. ordi. cap. 1. Non tenetur ergo Inquiſitor exhibere proceſſum iudici ſȩculari ad hoc ut ſententiam exequatur.

7 Imo Inquiſitor poteſt compellere iudicem ſȩcularem ad exequendū ſententiam per ipſum inquiſitorem latam, ut patet per ea quæ notantur in glo. in uerbo, præiudican. dicto cap. 1. de offi. ordi. & in gloſ. in uerbo, contra eum, cap. 2. de maledicis. Ad hoc eſt etiam priuilegium Inno. iiij. quòd incipit; Cum ſicut accepimus, ubi dicitur; quòd Inquiſitores poſſuiit compellere per cenſuram eccleſiaſticam poteſtates ad obſeruandū quæ ipſi inquiſitores duxerint facienda, & ad procedendum contra hȩreticos damnatos, etiam ſi teſtium nomina non exprimantur. Ad hoc facit glo. fi. in cap. auctoritatem. 15. quæſt. 6. & gl. in cap. ſicut ſine iudicio. 2. qō. 1. Facit ad hoc dictum Archid. ſuper dictam glo. dicti c. ſicut ſine iudicio. Cōfirmat Panor. in cap. paſtoralis. §. quia uero. de offi. deleg. ubi dicit, quod ordinarius ad mandatum delegati exequitur ſententiam, etiam ſi eam ſciat iniuſtā: & quod delegatus poteſt mandare ordinario loci, ut exequatur ſententiam ſuam, & quod is cui mandatur nuda executio ſententiæ, non poteſt aſſumere cognitionem ſuper uiribus ſentētiæ, hæc Panor.

nor.ubi ſupra.& quod ad hoc poſſit compelli ordinarius a delegato Papæ,affirmat glo.2.in cap.ſignificaſti.de offic.deleg.

8 Dominus Felinus in cap.ad abolendam.in fi.de hæret. dicit, quod ſi inquiſitor puniret hæreticum per eum condemnatum pœna mortis, nõ credit eum irregularem, quia etiam iure officii non prohibetur hoc alij poſſe mandare, ſi per ſe hoc non poteſt: per tex.in cap.3.ne cler.uel mona.lib.6.Nota tamen quod poſtea dicit ipſe Feli.in cap.uergentis. eod. tit.ubi ad dictum cap.3.ne cle.uel mona.ipſe reſpondet.

ANNOTATIONES.

1 Executio contra damnatos de hæreſi eſt facienda,&c.] *Omnia fere quæ in his §§.tractantur ab auctore explicata ſunt a nobis copioſius in Directorio Inquiſitor.parte.3.ſuper quæſt.36.quod autem ait auctor in hoc primo §. de facienda executione damnatorum ſine mora per dominos ſeu poteſtates temporales,illud temporis interuallum recipit,quod præcitato loco docuimus.*

5 Sed Panormitanus in cap.ad abolendam,&c.dicit, quod hæretici debent puniri pœna ignis.] *De hoc articulo uide Petrum Godoſredum in l.4.C. de hæret.& Couarruuiam.lib.2.uaria.reſolutio.cap.10.& Alfonſum Caſtrũ lib.2.de iuſta hæret.punitione,cap.12.& ſeq.*

FAMA.

1 FAma eſt communis locutio ex uериſimilibus coniecturis ſurgens. Et notanter dicitur, ex ueriſimilibus,quia aliter proprie non eſt fama, ſaltem quo ad iuris effectũ,ſed ſunt uariæ uoces populi, de quo per Bar. in l.de minore.§.tormenta.ff.de quęſtio.& gl.& doctores in c.inquiſitionis.& c.cum oporteat.de accuſ.Rumor in minus ſe habet quam fama.uide bonam gloſſam iuncto textu,in cap.ſuper eo.de eo qui cogno.cõſan. vxo.ſuæ.hæc Panor.in cap.ueſtra.de coha.cle.& mul.ſuper glo.in uero, notorium.col.1.in fine.

2 Fama in criminalibus hæc operatur,quia quandoque præſtat materiam indicendi purgationem.2.quæſt.5.presbyter ſi a plebe.& gl.fi.ibidem.in fi.de accu.accedens,quandoq; dat materiam inquirẽdi. de accu. qualiter & quando. el 2. quandoque coadiuuat probationes iam factas, ſeu alia adminicula,ut in cap.præterea.de teſtib.& in gl.ibidem in fine, hęc Panor.in cap.ueniens.el 1.de teſti.in fi.

3 Ex fama & vno teſte omni exceptione maiori, poteſt quis condemnari.Angel.in lib.malefic. clauſula, comparuerunt dicti inquiſiti & negauerunt

uerunt totum.col.4.

3 Fama in criminalibus multum ponderatur argum.2.q. 5. presbyter ſi a plebe,ff.de teſti.l.3.§.eiuſdem.& 4.q.3.§.item in criminali. uerſ. item ſæpe.& 34.q.6.ſi duo. C.ne de ſta.defun.ſi mater.extra de eo qui cognouit conſan.uxo.ſuæ.c.ſuper eo.

5 Item fama ſufficit ad probationem,ſi aliæ præſumptiones coadiuuãt, ita quod cum fama faciunt probationem, ut in glo.fama loci c.illud quoque.de præſumpt.& ita quæ non proſunt ſingula.coadunata iuuant.gl. in uerbo,dicta.c.tertio loco,de præſumpt.& gl.fi.in cap.cum cauſam.de proba.& cap.præterea.de teſtib.

6 Fama,ſi eſt vehemens, contra malefactorem ſufficit ad torturam. Angel.in lib.malefic.clauſula,fama publica præcedente.col.12.ibi,Ego autem ſi aſſeſſor eſſem.Concordat dominus Paris de Puteo.lib. de ſyndicatu.cap.incipiente.Quidam latro famoſus.in princ.ubi dicit, quod famoſitas operatur,quod quis torqueatur.ff. de quæſtio.l.de minore.§.fin.

ANNOTATIONES.

1 Fama eſt communis locutio, &c.] *De materia famę quantum ad hunc locum ſpectat,uide Antonium Gomezium tomo 3.uariar. reſolut.cap.13. & Iulium Clarum in pract.crimi.quæſt.6. & quęſt.21.adde Bartolum & alios, in l. de minore.§.tormenta.ff.de quęſt.*

FAVTOR HÆRETICORVM.

1 FAutor hæreticorum poteſt quis dici dupliciter, vno modo quando aliquis eſt in publica poteſtate,ut capitaneus,Ballinus poteſtas, & ſimiles:& ſi talis omittit facere officium ſuum circa hęreticos, prout habetur in cap.ut inquiſitionis.& cap.ut officium,eo.tit.lib.6.tunc põt dici fautor hæreticorum. Alio modo poteſt dici aliquis fauere uerbo excuſando hæreticos,nõ ex lubrico linguæ, nec per iocũ, ſed in cõuenticulis, vel cum inter laicos dicit illos non eſſe tales quales dicuntur.Ioan.And. hæc Gemi.in cap.quicunque.eod.lib.6.

2 Poſſunt etiam dici fautores aduocati & procuratores, qui defendẽdo excuſant hæreticorum exceſſus habita conſideratione perſonarum,locorum, & temporum. Et quod falſi excuſatores fauere dicantur, patet. 11.quæſt.3.cap.non ſolum. el. 2. ibi:item timendo. & epiſcopi qui Lotario adhęſerunt,ſunt ut eius fautores damnati.2.quæſt.1.cap. fina. ubi bonus text.ad hoc propoſitum.Et canon dicit,quod fucatis excuſationibus eius crimina tegere uidebantur.11.quæſt.3.ita corporis tui. hæc Gemi.ubi ſupra.

3 Dicitur etiam facto fauore qui procurat alimoniam hæreticis, uel eis ſubminiſtrat aliqua per quæ liberantur, uel alia ſimilia: nec tunc indiget probatione. 24. quæſt. 4. eſt iniuſta. ff. de furtis. ſi pignore. cap. accuſatus. eo. tit. lib. 6. §. ſacerdotes. & cap. ut Inquiſitioni. §. prohibemus. eo. tit. & eo. lib. Idem de illo qui precibus hæreticum liberat. 24. quæſt. 1. c. 1. uerſ. illud vero. quod bene nota. hæc Gemi. ubi ſupra.

4 Etiam dicitur fautor hæreticorum qui impedit ne ueritas inueniatur in cauſa fidei, hæc Gemi. in dicto cap. accuſatus. §. ſacerdotes. quod nota, & tene menti. Qui etiam impedit ne teſtes examinentur uel ne dicant veritatem, dicitur præſtare impedimentum in cauſa. textus eſt bonus in cap. cum cauſam. de teſti. & ibi glo. notabilis in uerbo, compellas.

ANNOTATIONES.

1 Fautor hæreticorum poteſt quis dici &c.] *De fautoribus hæreticorum, & cæteris huiuſmodi copioſe Archidiaconus & alii in cap. quicunq; de hæret. lib. 6. Eymericus in Directorio inquiſitorũ parte 2. quæſt. 52. Zanchinus tract. de hæret. cap. 5. & Turrecremata in ſumma de Eccleſia lib. 4. parte 2. cap. 21.*

FIDEIVSSOR.

1 FIdeiuſſor non poteſt interuenire in cauſa criminali; & ratio eſt: quia non poteſt quis ex contractu ad capitalem pœnam ſe obligare, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, ut in l. liber homo. prima. ff. ad leg. Aquiliam. & 12. quæſt. 5. in cap. ſi non licet. & glo. in cap. cum homo eadem cauſa & quæſtione, & Panor. in rubrica, de fideiuſſoribus. in tantum quod non ualet fideiuſſio de præſentando aliquem ſub pœna corporali, ut no. Bart. in l. 3. ff. de cuſto. reo. & Cynus in l. ad commentarienſem. C. eo. dicas tamen niſi conſuetudo eſſet in contrarium, quia tunc ualet conſuetudo, ut dicit dicta glo. in dicto cap. cum homo. hæc Angel. in lib. malefic. clauſula, pro quibus Antonius fideiuſſit. in prin. & etiam habetur in additione ſequenti: & de hoc habes ſupra in uerbo, capere. §. ſecundo.

2 Sed pone; Aliquis traditus eſt fideiuſſoribus, qui poſtea fugam cępit, quæritur nũquid fideiuſſores debeãt decapitari, præſuppoſito quod reus conuictus ueniret decapitandus; dic quod non, per nota per Cynum, in dicta l. ad commentarienſem. & Bart. in l. ſi quis reum. ff. de cuſto. reo. quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, ut dictum eſt ſupra. Cõfirmat Panor. in dicta rubrica de fideiuſ. ubi diſtinguit, vtrũ fideiuſſores fuerunt in dolo ꝙ aufugeret, & tunc pęna erit arbitria: Si autem ſint

ſint extra dolum, punientur pęna pecuniaria, ad quam obligauerunt ſe, & ſi non fuit expreſſa quantitas, iudex arbitrabitur. hęc Panor. in d. rubrica. Confirmat dominus And. Barbacia in dicta rubrica.

3 Aduerte tamen hic vnum ſecundum Ludo. de Roma. in conſilio ſuo 14. quòd ſi quis fideiuſſit de præſentando aliquem toties quoties placuerit curiæ, pręſentando eum bis, eſt liberatus. hęc ex dicto lib. malefic. Angel. in pręd. cta clauſula, pro quibus Antonius fideiuſſit. in additio. 3.

4 An autem captus pro graui crimine, ex quo eſt pœna in euentum corporis afflictiua, poſſit relaxari fideiuſſoribus: dicendum quòd non, ſed debet incarcerari, vide de hoc ſupra, in uerbo, capere. §. 2. Confirmat Archid. in cap. memoriam. 19. diſt. uide ad hoc Bart. in l. nemo dubitat, ff. de reg. iuris, & in l. reſcripto, §. debitores, ff. de mun. & hono. & in verſ. ſed quid ſi vult dare fideiuſſores, ff. de cuſto. reo. & in l. item liberatur. §. qui paratus, ff. qui. mo. pig. uel Hypoth. ſol. & Bald. in l. 2. C. de exhiben. reis.

ANNOTATIONES.

1 Fideiuſſor non poteſt interuenire, &c.] *De materia, quam hoc loco tractat Auctor præter illa, quæ in hac cauſa ſcripſi apud Eymericum in Directorio Inquiſitorum, par. 3. ſuper q. 90. uide Antonium Gomezium tomo 3. uaria. reſolut. c. 9. Iulium Clarum in pract. crim. q. 46. & Aegidium Boſsium tit. de carcerato fideiuſſoribus committendo.*

FILII HÆRETICORVM.

1 Filij hæreticorum priuati ſunt hæreditate parentum, etiam ſi ipſi filii ſint Catholici, paret hoc in gl. in uerbo, ipſo iure, el 2. cum ſecundum, eo. tit. lib. 6. & glo. in uerbo, exhæreditatio, c. uergentis, eo. tit. & in gl. 23. q. 7. in Summa, in fi. nam pro delicto patris, filij puniuntur, 6. q. 1. c. ſi quis cum militibus, niſi forte reuerſi fuerint ad unitatem fidei & ad gremium Eccleſiæ, quia tunc poſſunt eis reſtitui bona ex quadam miſericordia, ut dicit text. in dicto cap. uergentis, & glo. ibi, in uerbo, miſereri, & dicta glo. 23. quæſt. 7. in Summa Gemi. autem in cap. accuſatus, eo. ti. lib. 6. §. ſi uero, uer. ſed per præmiſſa ibi: dominus meus diſtinguit, quia aut hæreticus moritur ante condemnationem, & tũc filij Catholici retinent bona: aut pater moritur poſt cõdemnationem criminis, & ſi attendamus miſericordiam, tunc filij ex quo ſunt legitimi Catholici, non perdunt bona, cum ipſi non deliquerint: aut attendimus rigorem, & tũc filij etiam Catholici perdunt bona. Ad hoc facit quod dicit Archid. ſuper dicta glo. Summæ, 23. quæſt. 7. & hoc procedit ẽt in terris Eccleſiæ,

ac etiam in terris Imperij,vt dicit Gemi.ibidem. Confirmat Archid. vbi ſupra, ĩ fi. Sed & Panor. in dicto cap. vergẽtis.dicit,quòd hæreticus etiã ſponte rediens ad pœnitentiam, nõ recuperat bona, niſi ex quadam mi ſericordia. Et Fel.in dicto c.vergentis.in ſecundo notabili,in prin.dicit, quòd conuictus de hæreſi non recuperat bona ſua propter gratiam ei factam,niſi expreſſe dicatur quòd ei reſtituantur bona. Facit ad hoc quod dicit idem Felin. in cap. ex inſinuatione. de ſimo. ſuper gloſ. in verbo, indulgentia.

ANNOTATIONES.

1 Filij hæreticorum priuati ſunt hęreditate parentum, &c.] *propter crimen hęreſis parentum in grauiſsimas pęnas & calamitates incidunt filij, inter illas vna eſt, quia priuantur ſucceſsione in bonis parentum, hanc ſolam, proſequitur hoc loco auctor, de qua & alijs vide Zanchinum tract. de heret. cap.28.& Nicolaum Eymericum in Directorio Inquiſit.parte 3.queſt. 114. & aliquot ſequentibus, & Repertorium inquiſitorum uerbo, filii.*

FVGA, ET FVGITIVVS.

1 FVga cum alio indicio, ſcilicet publica voce & fama cõtra fugientem, facit ꝙ fugiens poſſit torqueri,hæc Angelus in lib.malefi.clauſula,Fama publica præcedente, col. 14. ibi:& ideo Guido.

2 Fugitiuus remittẽdus eſt ad requiſitionem Inquiſitoris ſub quo deliquit.C.vbi de cri.agi.opor.l.1.& Authent.ibi ſignata,qua in prouincia. Ioan.And.hæc Gem.in cap.vt commiſſi.§.& contra illos.de hæret.lib.6. Ad hoc eſt glo.nota.in cap.ibi enim.3.queſt.6.quæ dicit quòd ſi grauius eſt crimen, remittitur puniendus vbi deliquit.

3 Poſſet etiam Inquiſitor illius prouinciæ vbi deliquit illum punire,ſecundum gloſ. in verbo,procedendi. dicti cap. vt commiſſi. vbi datur talis caſus: pone quis deliquit in Diœceſi Rauennæ,& poſtea ſe tranſtulit Mediolanum,tunc& inquiſitor Rauennas,&inquiſitor Mediolanen.poterit procedere contra eum. Concordat Gemi.in dicto §. & contra illos. & ratio eſt ſecundum eum, quia cum iſtud delictum non ſit momentaneum, ſed ſucceſſiuum & continuum, ideo quocunque vadit, dicitur ibi delinquere, ergo punitur in loco ubi eſt, ratione delicti ibi commiſſi.

4 Si tamen deliquit publice in uno loco, puta prædicando populo contra articulos fidei,poſtea tranſtulit ſe ad aliud territorium,& ibi notum eſt publice ſuum crimen,tunc eſt remittendus ad locum ubi plus deliquit,& ubi notiora ſunt eius delicta. per l.ſi cui. ff.de accuſa.§.fi. Ioan. And.hęc Gemi.ubi ſupra,in fine.

Fugiens

5 Fugiens de carcere ubi poſitus erat ad pœnitentiem,& non habens excuſationem legitimam, vel poteſt ut hęreticus condemnari, quia fingitur ficte cõuerſus, & ſimulate cõfeſſus,& etiam erroris priſtini reciduus, ad hoc de pœnit.diſt.2.c.1.nam exitus acta probat. 22. quæſt. 2. quod autem,& facit 34.q.1.cap.1.ad fi.Ioan. And. hæc Gemi. in dicto cap. ut commiſſi.§.necnon.Confirmat Felinus in c. penult. de hæreticis, allegat Ioan. And. in d.cap.ut commiſſi. §. penult. dicens quòd traditus perpetuo carceri pro pœna hæreſis,ſi fugeret ex carceribus, ex hoc ſolo diceretur conuictus, tanquam relapſus in hęreſim, & ita omnis audientia ſibi denegatur,iuxta c.ad abolendam. eod.tit. Facit ad hoc quod dicit Ang. in lib.maleſi.clauſula,Fama publica præcedente,col.13.ibi:Tertio quid ſi quis poſitus fuit in carcere.

ANNOTATIONES.

1 Fuga cum alio indicio, &c.] *Fuga an & quando ſit ſufficiens indicium ad torturam,tradit Iulius Clarus in pract.crimi.quæſt.31. adde Antonium Gomezium tomo 3.uariar.reſolut.c.13.nu.10.*

2 Fugitiuus remittendus eſt, &c.] *Remiſsio an & quando locum habeat in crimine hæreſis,copioſè explicui in Directorio Inquiſitorum,par.3.nu.132.ſuper tit.de forma citandi abſentem, non tamen fugitiuum cum eſt delatus uel ſuſpectus de hæretica prauitate, adde Guidonem Papæ deciſ.* 202. *incipiente: in remiſsione malefactoris.*

5 Fugens de carcere vbi poſitus fuit ad pœnitentiã, &c.] *uide omnino quæ adnotaui ſupra,in uerbo,contumax, neque in re tam graui, in qua hominis uita uerſatur,facile recipienda eſt hæc auctoris ſententia.*

HÆRESIS ET HÆRETICVS.

1 HAereſis crimen ęquiparatur crimini lęſę maieſtatis, imo crimen hęreſis eſt grauius, dicto c.uergentis,de hęreticis,hęc dominus Card. Zaba.in Clem.unica,de uſuris,§.ſane.quęſito 22.Confirmat Io.de Imola dicta Clem.in glo.fin. idem dicit Angel.in lib.maleſi. clauſula,che hai tradito la patria,col.3.in fi. ibi: quęrit Cynus,Salicetus. Item col.4.ibi: & bene ſcias. item in colum. 5. poſt princ. ibi: quęro an ſacerdos. idem gloſ.& Salicetus,in l.2.C. ad l. Iul. maieſt.idem in lege Federici Imperatoris,quę incipit:Inconſutilem,& eſt regiſtrata in Capitularibus Ciuitatis Comi.

2 Hęreticus dicitur qui priuilegium Romanę Eccleſię vult auferre. 22. diſt.c.omnes.

3 Similiter dicitur hęreticus qui nouas opiniones & falſas inuenit, aut ſequitur,

ſequitur,vel dogmatizat,24. quæſtio. 3. cap. inter hæreſim, & cap. hęreticus.

4 Dicitur etiam hereticus qui intelligit ſcripturam ſacram aliter quàm Spiritus ſanctus efflagitat,c.hæreſis,ea.q.

5 Eſt etiam hæreticus qui de ſacramentis Eccleſiæ uel de confeſſione aliter ſentit,quàm tenet & obſeruat Romana Eccleſia, c. ad abolendam,de hæreticis,in principio.

6 Dicitur etiam hæreticus qui dicit uel tenet ſimplicem fornicationem aut alium actum carnalem extra matrimonium non eſſe peccatum mortale,ut patet in Clem. fina. de hæreticis,verſic.7. & gloſ. ibi,in uerbo, non eſt.

7 Eſt etiam hæreticus qui dicit vel tenet pertinaciter vſuram non eſſe peccatum mortale,vt patet in Clem.vnica,de vſuris,in fine.

8 A ſimili dicitur hæreticus qui non ſolum tenet vſuram & actum carnalem extra matrimonium non eſſe peccata,ſed etiam qui tenet alia prohibita ab Eccleſia,vel per ſcripturam ſacram, non eſſe peccata: quia de ſimilibus ſimile debet eſſe iudicium.c.inter cęteras,de reſcript.in fi. iuncta gloſ.

9 Eſt etiam hæreſis damnata dicere legem cum Euangelio, & circunciſionem cum baptiſmo eſſe ſeruandam, l.1. C. de apoſta. ad hoc, de bapt. cap.maiores,in prin.Ioan.And.Gemi.in cap.contra Chriſtianos. eo. tit.lib.6.

10 Non recipiens communionem ſingulo anno eſt hęreticus, Fel. in rubrica de hæreticis.

11 Dicitur etiam hæreticus ille qui ſcindit ſe ab vnitate Eccleſiæ,7.quęſt. 1.cap.denique.

12 Apoſtata a fide eſt hęreticus, ut habes ſupra in uerbo, apoſtate, per totum.

13 Hæreticus eſt etiam qui circa aras idolorum nefarias preces emittit, ſacrificia offert,dęmones conſulit, eorum reſponſa ſuſcipit, uel aſſociat ſibi hæreticos propter ſortes exercendas,uel facit prædicta cum corpore vel ſanguine Chriſti, uel in ſortibus,ut poſſit habere reſponſa, puerum rebaptizat,& his ſimilia,hęc dicit glo.in uerbo,ſaperent,§.ſane. ca. accuſatus.eo.tit.lib.6.

14. Eſt etiam hæreticus qui dicit, defendit, ſeu tenet pertinaciter, quòd anima rationalis ſeu intellectiua non ſit forma corporis humani per ſe,& eſſentialiter, ut patet in Clem.vnica,de Summa Trin.§.porro.

15 Sunt inſuper octo errores damnati tanquam hęreticales quorundam, qui eos ſub quadã ſanctitatis, & perfectionis ſimulatione adinuenerunt, quos enumerat Clem.3.de heret.& eos damnat.

16 Qui dicit & tenet quòd Chriſtus & Apoſtoli nihil habuerunt in communi

mũni etiam quantum ad ius & dominium,eſt hæreticus, ut patet per ex trauagantem Ioannis xxij.quæ incipit:cum inter nonnullos.

17 Opinio, quæ tenet quòd paruulis baptizatis nõ infundantur uirtutes & gratia informans quoad habitum, etſi non pro illo tempore quoad vſum,eſt reprobata ab Eccleſia,imo damnata,ut patet in Clem.vnica.de ſumma trini. in fi. hanc opinionem etiam beatus Thomas reprobat in tertia parte.quæſt.69.art.6.

18 Item aſſerere pertinaciter,quod Chriſto eiuſque Apoſtolis,in his quę ipſos habuiſſe ſacra ſcriptura teſtatur, nequaquam ius ei vtendi competierit,nec ipſa uendendi ſeu donãdi ius ipſi habuerint,ſeu ex illis alia acquirendi, cum talis aſſertio uſum & geſta eorum concludat in præmiſſis non iuſta,eſt erroneum & hæreticum.patet hoc per dictam Extrauagantem Ioannis xxij.quæ incipit cum inter nonnullos.

19 Sunt autem plures aliæ hæreſes ſeu ſectæ hęreticorum,quas enumerat Iſidorus in octauo lib. etymolog.cap.4.& ponuntur 24.quæſt.3.ca. qui dam autem hæretici.

20 Reperiuntur etiam multę alię hæreſes, quę colliguntur ex dictis B. Thomę in diuerſis locis, quę etiam dinumerantur in tabula reuerendi patris magiſtri Petri de Bergomo,in uerbo,hęreſis.ibi eas uide:Quotieſcunque enim aliquid dicitur uel tenetur pertinaciter quod ſit contra determinationem Eccleſię, quantum ad ea quæ pertinent ad fidem, illud ſemper eſt hæreticum;probatur 24.quæſti.cap. hæc eſt fides. & gl. fin. cap.cum Chriſtus.de hæreticis, in fin.& glo.in uerbo,docuit.cap. vnico. de ſumma tri. lib.6.nam ad Eccleſiã pertinet determinare dubia, ſi quæ interdum oriuntur circa fidem,ut patet in cap.quoties. 24. quæſt. 1. de bapt.c.maiores.in prin.de ſumma tri.cap.2.in fin.Clem.unica eo. tit.§. Nos igitur.arg.22.diſt.omnes.Concordat B. Thomas in 2.2. quæſt. 11. art.2.ad tertium argumentum.nam Eccleſia in his quæ pertinet ad fidẽ, non poteſt errare,ut habetur & notatur 24. quæſt.1.cap.a recta ergo fide. & cap. Memor ſum: & hoc quia dominus pro ea rogauit ne deficeret fides eius.Lucæ 22.cap.dixit dominus.Ego rogaui pro te,ut non deficiat fides tua.& ponitur 21.diſt.§.1.in uerſ.Ego pro te.

21 Notandum tamen eſt,quia ad hoc quod aliquis proprie dicatur hæreticus,quatuor requiruntur,primum eſt error in intellectu,ita quod male ſentiat de ueritate, unde ſi aliquis conculcet corpus Chriſti, credens tamen ibi eſſe uerum corpus Chriſti,& quod hoc ſit malum, ſed hoc facit ut placeat diabolo,iſte non dicetur hæreticus, quia nõ habet errorem in intellectu,nec male ſentit de ſacramento altaris.

Secundum eſt,quod talis error ſit circa ea quæ pertinent ad fidem.uel contra determinationem Eccleſiæ, in his quæ pertinent ad fidem & bonos mores,& neceſſaria ſunt ad conſecutionem uitæ æternæ.

Ter-

Tertium eſt, quod talis errans ſit profeſſus catholicam veritatē, & habeat baptiſmum; vnde Iudæus uel paganus nō poteſt dici hęreticus, licet habeat opinionem contra fidem catholicam.

Quartum eſt, quod talis errans teneat talem errorem cum pertinaci malitia & obſtinata voluntate; vnde ſi quis habeat aliquem errorem circa ea quæ ſuut fidei, eſſet tamen paratus corrigi & emendari, quando oſtenderetur ſibi eſſe falſum illud qæod ipſe putat eſſe uerum, talis non diceretur hæreticus, ut habetur 24.qu5ſt.4. cap.dixit Apoſtolus. Colliguntur iſta ex dictis beati Thomæ, in 4.Sent.diſt.13.quæſt.2 .art.primo. & in 2.2.quæſt.11. art.2. Et diffuſius a beato Antonino in ſecunda parte, Summæ, tit.12.cap.5. §.1.& in quarta parte eiuſdem, tit. 12.cap.4.§. penult.

22 Dicens hominem malum non poſſe pœnitere in ſenectute, eſt hæreticus. ſimiliter qui dicit, peccata dimitti a ſolo Deo ſine miniſterio clauiū Eccleſiæ. hæc Feli. in cap.penul.de hæreticis. & allegat Oldradum in conſi.271. quod incipit; Quæſtio talis eſt.

23 Dicere aut credere Chriſtum non fuiſſe conceptum in loco naturali beatæ Virginis, in quo alii concipiuntur homines, neq; natum ex illo loco communi naturali ex quo alii homines naſcuntur, eſt hæreſis damnata, ut patet per determinationem factam auctoritate ſedis Apoſtolicæ anno 1511. ad inſtantiam patris Inquiſitoris Mantuani.

ANNOTATIONES.

2 Hæreticus dicitur, ille, qui priuilegium Romanę Eccleſię, &c.] *Multis modis aliquis dicitur hæreticus & proprie, & improprie, de quibus egimus cum Eymerico in Directorio Inquiſitorum parte 2.quæſt.31. & 32. de eodem argumento differunt Turrecremata in Summa, de Eccleſia, lib.4. parte 2. cap. 12. Conradus Brunus lib.1.de hæret.cap.2. Gondiſſaluus tract.de hæret. quæſt.1. & Carrerius tract.de hæret. num.6. & multis ſeq.*

10 Non recipiens communionem ſingulò anno eſt hæreticus, &c.]*De hoc articulo quid ſentiendum uideatur, copioſe ſcripſi apud Ambroſium de Vignate tract.de hæret.quæſt. 2. num. 32. ubi adduxi uerum intellectum textus in authent.de priuileg.dot.hæret.mulier.non præſtan. per quem Felinus ita ſenſit in rubrica extra hæret. cuius ſententiæ ſimpliciter & abſolute & diſtincte acceptæ, nullo pacto ſtandum eſt.*

13 Hæreticus eſt, qui circa aras idolorum, &c.] *Qui circa aras idolorum nefarias preces emittit, aut alia facit quæ docet gloſſa in cap.accuſatus.§.ſane.verbo.ſaperent.hæret.lib.6. hæreticus præſumitur, cum hæc facta damnatam intentionem agentis pręſeferant.*

IEIV-

IEIVNIVM.

1 IEiunia non poſſunt Inquiſitores indicere hæreticis, ſeu ſuſpectis de hę reſi ad eruendam ueritatem ſine diœceſano, nec alias ſimiles pœnas; neque diœceſanus ſine Inquiſitore, ſicut de tortura, per glo. in uerbo, tormentis. Clem. 1. eod. tit. idem tenet. Ioan. de Imola in dicta gloſ. & ratio eſt, quia appellatione quæſtionis intelliguntur tormenta corporis, dolores, & mala manſio. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. & §. quæſtionem.

ANNOTATIONES.

1 Ieiunia non poſſunt Inquiſitores indicere, &c.] *Hæc diſputatio ad illa capita refertur, quæ non poteſt facere ſolus Inquiſitor ſine epiſcopo, nec uice verſa, de quibus agitur per textum, gloßam, & Doctores in Clemen. 1. §. propter quod, de hæret. adde Repertorium Inquiſitorum uerbo, inquiſitores. §. in quibus poſſit. & Simancam in Enchyridio uiolatæ religionis; tit. 8. de his quæ facere nequeunt Inquiſitores.*

IMAGINES FACERE.

1 IMagines facere ad procurandum amorem mulierum non ſapit hæreſim manifeſtam, quia hoc eſt magis ſuperſtitioſum quam hæreticum, licet ſecundum Auguſtinum in 10. lib. de ciuitate Dei, ad dæmones hoc pertineat, ludificatores animarum ſibi ſubditarum. hæc Oldradus in conſilio ſuo 208. quem allegat Gemi. in cap. accuſatus. de hæreticis, lib. 6. in fine.

ANNOTATIONES.

1 Imagines facere ad procurandum amorem, &c.] *Sortilegia ſimplicia, ut alibi diximus, nō ſapiunt hæreſim manifeſtā, ſecus eſt ſi cum rebus ſacris fiant. Imagines ergo ſimpliciter conſtituere ad prouocandum ad libidinem, ſuperſtitioſum quiddam eſt, ſed ſi illa admiſceantur, quę gloſſa commemorat in cap. accuſatus. §. ſane, verbo, ſaperent. de hæret. lib. 6. aut illis ſimilia, hæreſim ſaperent manifeſte.*

Iam conſilium Oldradi quod hic citat auctor, eſt num. 210. & incipit; Regularis habet traditio. & contra id conſilium ſcribit Spineus apologia 4. contra Ponzinibium tract. de lamiis.

IMPEDIENTES OFFICIVM INQVISITIONIS.

1 IMpedientes officium inquiſitionis, ſeu proceſſus, aut ſentētias Inquiſitorum directe uel indirecte, ſi ſunt domini temporales, Poteſtates, Rectores ciuitatum uel locorum, eorumq; officiales, ipſo facto ſunt excommunicati. Alii autem quicunque qui in prædictis ſcienter dederint auxilium, conſilium, uel fauorem, ſimiliter ipſo facto ſunt excommunicati, & ſi hanc excommunicationem per annum animo ſuſtinuerint pertinaci, velut hęretici condemnentur. Ad hoc tex. eſt expreſſus, in cap. ut Inquiſitionis. §. prohibemus. & §. ſi quis uero. de hæreticis. lib. 6. & ad hoc facit glo. fi. ibidem. & Gemi. confirmat ibidem.

2 Sed nota quod cum ſolis minis & terroribus dicitur quis impedire officium & iuriſdictionem. arg. optimum in cap. 1. de offic. deleg. in prin. Qui aliis modis impediant officium inquiſitionis, uide ſupra in uerbo. fautor. §. 2. 3. & 4.

3 Omnes impedientes quomodocunq; officium Inquiſitionis, poſſunt ipſi Inquiſitores punire, & eccleſiaſtica cenſura coercere. arg. eſt optimū. Clem. 1. de hæreticis. §. uerū quia, ibi: ſeu quod ipſos in executione officij Inquiſitionis impediat. Ad hoc eſt etiam cap. 1. de offic. deleg. in fine, cum gloſ. fina. Facit ad idem gloſ. in uerbo, perſona. cap. Sane quia. eo. tit. & cap. ſtatutum. el. 1. de hæreticis, lib. 6. ubi dicit Gemi. quod ubi prohibetur impedimentum fieri, intelligitur de directo & indirecto impedimento. Facit ad hoc cap. quanto. de priuileg. & arg. ad hoc in cap. Romana. de pœnis. lib. 6.

4 Vlterius nota, quòd ut dicit Panor. in dict. cap. 1. de offi. deleg. iudex delegatus poteſt iuriſdictionem ſuam exercere etiam contra quoſcunq; ſuā iuriſdictionem turbantes. Et ſuper glo. fina. ibidem dicit, quod gloſ. illa vult, ut qualitercunque impediatur iuriſdictio delegati, poſſit ipſe delegatus eam exercere contra turbatores. & dato quod nō ſit expreſſum in reſcripto, poteſt tamen iudex delegatus exercere cenſuram eccleſiaſticam cōtra impedientes, & poteſt etiam eos mulctare, quia omnia uidentur commiſſa ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt, quod nota, & idem notatur in cap. de cauſis. de offi. deleg. & cap. præterea. cap. prudentiam. in fi. & cap. ſuſpicionis. eo. tit.

5 Et ſi delictum turbatoris eſt notorium, indubie poteſt delegatus procedere contra eum, ut in §. proxime ſuperiori: aut non eſt notoriū, ſed ſunt aliquę coniecturę, & tunc poteſt compellere ad præſtandum cautionem de nō impediendo. arg. in cap. literas. in fi. de reſti. ſpoli. quod bene nota. hæc ex Panor. in dicto cap. 1. de offi. deleg. in fi. Qui Panor. dicit ēt in cap. ſignificaſti. eo. tit. ibi: ultimo nota, quod reſiſtētes iudici delegato

poſſunt

poſſunt puniri ab eo,cuiuſcunque conditionis & dignitatis ſint, & ratio eſt,quia repræſentant perſonam Papæ cui totus orbis ſubeſt,vide ad hęc omnia eundem Panor.in prædictis locis diffusè.

ANNOTATIONES.

1 Impedientes officium Inquiſitionis,&c.] *De impedientibus ſanctum Inquiſitionis officium,copiosè Eymericus in Directorio Inquiſitorum, par. 2. q. 54. Zanchinus tract.de hæret.c.31.& Repertorium Inquiſitorum,verbo,impediens officium Inquiſitionis,& Turrecremata in Summa de Eccleſia,lib.4.parte 1.c.21.& Simancas de Catho.inſtit.tit.15.*

IMPLORARE AVXILIVM A DÆMONE.

1 IMplorare auxilium a dęmone in his quæ ſunt ſupra facultatem humanam,ſicut in uaticinatione de futuro, & in alijs operibus magicis, in quibus complementum operis ex virtute dæmonum expectatur, eſt apoſtaſia a fide,per pactum initum cum dæmone, uel verbotenus ſi inuocatio interſit,vel facto aliquo,etiã ſi ſacrificia deſint.hæc beatus Thomas in 2.Sent.diſt.6.q.3.art.2.

ANNOTATIONES.

1 Implorare auxilium à Dęmone,&c.] *de inuocantibus Dæmones cæteris copioſius mihi agere uidetur Nicolaus Eymericus in Directorio Inquiſit. par. 2.q.43. Aegidius Romanus lib.2.Sen.diſt.7.q.3.art.3. Antoninus in Summa, part. 2.tit. 12. cap. 5. §. 1. Repertorium Inquiſit. uerbo, Dæmon. Zanchinus tract.de hæret.c.22. & alii.*

IMPOENITENS.

1 IMpœnitens dicitur ille hæreticus, qui primo confeſſus eſt peccatum ſuum,& poſtea negat: nam ille dicitur impœnitens qui peccatum cõfiteri recuſat.de pœn.diſt.1.§.Alii è cõtrario,& c.ſequenti.uidelicet, nõ poteſt quiſquam,& in multis alus Capitulis eiuſdem diſt.ſed iſte peccatum ſuum de quo conſtat per ſuam confeſſionem ſponte factam in iudicio cui ſtatur.de pręſumpt.cap.literas.de uerb. ſignif. ſuper quibuſdam. nunc cõfiteri recuſat,imo indiſtinctè negat, ergo debet dici impœnitẽs. Itẽ ex tali negatione, præſuppoſita prima confeſſione ſpontanea, clare patet ipſum ficte cõuerſum:cum enim neget, non poteſt dici conuerſus, 32. quæſt.7. cap. quemadmodum, & facit de purga. Cano. cap. inter.

hæc habentur ex conſilio ſecundo, Ioan. Calder. tit. de hæreticis.

2 Confirmatur, quia non videtur ille fuiſſe uere conuerſus, de pœnit. diſt. 3. cap. pœnitentia, cum cap. ſequenti, & præſumitur quòd materia primi erroris fuerit per eum recondita, & callide palliata, de pœnit. diſt. 2. c. 1. ubi dicitur: Si quis ſemel notatus fuerit inuidiæ, &c. ſciat ſe primam cauſam, ex qua inuidia naſcitur, in interioribus medullis habere reconditam. Facit ad hoc quod notat Archid. ſuper verbo, in carcerem, c. vt commiſſi. de hæreticis, lib. 6. in ſimili loquens.

3 Impœnitens etiam dicitur qui pœnitentiam iniunctam ab Inquiſitore non adimplet, quia ex hoc præſumitur de impœnitentia & ficta conuerſione, ut apertè probatur per d. c. literas, & de purga. Cano. inter. & de conſecra. diſt. 2. ego Berengarius, de hæreticis, c. accuſatus, lib. 6. hæc ex eodem conſil. 2. Ioannis Calderini.

4 Quomodo appareat ex iniunctione pęnitentiæ an aliquis ſit uere pęnitens & uere conuerſus, declarat Panor. in d. cap. literas, de præſump. in 2. quæſtione, dicens poſt Hoſtien. & Ioan. And. paratus eſt pœnitentiam benignè ſuſcipere, quā poſtea deuotè & efficaciter implet, præſumptio eſt de uera conuerſione, alioquin ſi pœnitentiam non vult recipere, uel ſi recipit, tamen illam renuit adimplere, pręſumptio eſt de contrario, uidelicet quòd non ſit uere pœnitens, & hoc ſatis placet, & elicitur ex litera ipſa, & facit de pœnit. diſt. 2. c. 1.

5 Si hæretici non implent pœnitentiam iniunctam poſt adiuratam hæreſim, dicit Matthæus quòd debēt haberi pro relapſis, allegat tex. Clem. 3. & de hæreticis. in fi. ibi: & ſatisfactionem habuerint. allegat etiam c. ad abolendam. §. penult. hæc Ioan. de Imola in d. Clem. 3. ſuper gl. in uerbo, propagentur, & in Clem. ex graui, de uſuris, ſuper gl. fi. Confirmat dominus Card. Zabar. in d. Clem. ex graui, quæſito 22.

6 Præſumitur quis impœnitens & non plene conuerſus, qui poſtquam conuerſus eſt ad fidem, incidit in manifeſtum peccatum, non tamen hoc ſufficit ad condemnationem. hæc ex Panor. in dicto cap. literas, de præſumpt.

ANNOTATIONES.

1 Impœnitens dicitur ille hęreticus, qui primo confeſſus eſt peccatum ſuum, & poſtea negat.] *In hac ſententia Auctor ſequitur opinionem Ioannis Calderini conſi. 2. tit. de hæret. quæ facilè & inſtinctè in re tam graui recipi non debet. vide Simancam de Catho. inſtit. tit. 13. de confeſſis, & Zanchinum tract. de hæret. c. 23. ſed Zanchinus loquitur in ea facti ſpecie, quando quis reuocauit confeſſionem poſt indictam pænitentiam, & multum refert intelligere quo tempore quis confeſsionem à ſe factam reuocet, cæterum articulus hic valde*

anceps

anceps eſt, & copioſiori indiget declaratione, quam alibi fecimus.

3 Impœnitens etiam dicitur ille qui pœnitentiam iniunctam ab Inquiſitore non adimplet.] *Quæ in hoc §. & ſequentibus commemorat Auctor, matura quoque indigent conſideratione, & multiplici diſtinctione, id quod nos diligenter (niſi fallimur) præſtitimus apud Directorium Inquiſit. par. 3. ſuper quæſtio. 97. ea omnino uideto, ut hæc abſque periculo & errore & intelligas & ſequaris.*

INDICIVM.

1 Indicium dicitur ab indicando, unde in ſtricta & propria ſignificatione ſummitur pro aliquo notabili ſigno maleficij, uel alterius rei, ad habendam veritatem: & ideo bene dicitur ab indicando, l. ſolent, ff. de præſcrip. non plene indicet, ſed dat ſignum & uiam ad habendam ueritatem plenam. Panor. in c. tertio loco, de proba. in gl. fin.

2 Indicium in lata ſignificatione poteſt ſumi pro plena probatione, & tunc etiam dicitur ab indicando, quia indicat aliquid factum vel non factum eſſe, vnde iudex qui non poteſt adduci ad veram ſcientiam alicuius facti, adducitur ad credulitatem ex probationibus, & ſic reſpectu iudicis, poſſunt probationes dici indicia, hæc Panor. in dicto cap. tertio loco.

3 Poſſunt etiam indicia capi pro præſumptionibus violentis, quæ ſufficiunt ad ferendam ſententiam diffinitiuam, de præſumpt. cap. afferte, & l. indicia, C. de rei uend. l. ſciant cuncti, C. de probationibus, & iſta æquiualent teſtibus: & de hoc eſt bonus text. in dicta l. indicia, hęc Panor. vbi ſupra, & etiã in c. ueſtra, de cohab. cle. & mul. Facit ad hæc omnia quod dicit Ang. in lib. malefi. clauſula, fama publica præcedente, col. 3. ibi: quæro quid ſit indicium.

4 Vel indicium ſecundum Bal. in l. non hoc. C. unde cogna. eſt coniectura ex probabilibus & non neceſſarijs orta, à quibus poteſt abeſſe ueritas, ſed non veriſimilitudo veri, quæ quandoque mentem iudicantis in tantum perſtringunt, ut cogant conſcientiam iudicis iudicare ſecundum ipſa, per l. neque Natales, C. de proba. nam iudicis conſcientiæ relinquuntur, & ideo vbi oportet iudicare per indicia, uel per animi motum præferre unam probationem alteri, lex conſcientiam iudicis onerat. ff. de teſti. l. 3. §. tu magis, & l. ob carmen, §. fi. hæc dominus Paris de Puteo in ſuo tractatu de ſyndicatu, in cap. incipiente: Aduertendum quia ubi lex.

5 Et ideo quando facile & frequenter contingit veritatem abeſſe a tali coniectura, ſeu a tali indicio, tunc eſt leue indicium, arg. gloſ. in dicta l.

non hoc.C.vnde cogna.& notatur in l.ad reſ. C. de proba. Si autem facile & frequenter contingit adeſſe, tunc eſt graue indicium, & æquiparatur præſumptioni iuris, vt notatur per Cynum in l. metum. de dolo. ſiue agatur de probando uero hominis actu, ſiue de probando animo, ff.de ſica.l. 1. §. ſed ſi claua. Cap. ſignificaſti, de homici. Ita Bald.in dicta l. non hoc. Colliguntur omnia iſta ex dictis domini Paridis de Puteo, vbi ſupra, in dicto capit.incipiente: Aduertendum quia ubi lex.in principio.

6 Et ideo quæ dicantur indicia indubitata, vide Ang.in dicto lib.clauſula,Comparuerunt dicti inquiſiti,& negauerunt totum, colum. 1.in fi. ibi: Et quod dixi.

7 Quæ autem indicia ſufficiant ad torturam, non poteſt dari certa doctrina, ſed remittitur arbitrio iudicantis & boni iudicis, qui ſecundum qualitatem perſonæ,& delicti,& demonſtrationum ſeu ſuſpicionum, iudicabit indicium eſſe ſufficiens & idoneum vel non. Ita dicit Bart.in l.fi. ff.de quæſt. & ideo quilibet bonus iudex debet ſolicite inſtare ad indaganda indicia: vtrum autem vnum tantũ indicium ſufficiat,vel plura requirantur,dic quòd hoc reſidet in pectore iudicis. Vide omnia iſta diffuſè in lib: Angeli de maleſi.cla.fama publica præcedente, col.3. ibi: quid ſit indicium,& col.5. ibi:quæro an vnum indicium,& col.6.ibi:ſed adde in hac materia primo domin. Gan. in quibus locis ponuntur multa exẽpla indiciorum.

8 Indicium ad torturam eſt fama cum fuga,ſecundum Bal. in l.voluntatis,vltima col. C.de fideic. Item fuga,ſecundum Dinum in l. diuus,verſi. diuus,per l.3.§.de his,ad Sil.hæc Bertachinus in ſuo repertorio, in uerbo,indicium,46.

9 Indicia duo leuia conſtituunt vnum ſufficiens ad torturam. Bart. in l. fi.ff.de quæſt.& Anto.de Canaria,in tractatu tormentorum,hæc Bertachinus in d.repertorio,in verbo,indicium,penult.nam quæ ſingula non proſunt,ſimul coadunata iuuant,gl.in uerbo,fama loci,cap.illud. de præſump.& glo.in verbo,d.c.tertio loco, eo.tit.

10 Indicia etiam minora quàm ſit probatio ſemiplena,ſufficiunt ad torturam,Bertachinus in d.repertorio,in uerbo,indicium,19.

11 Indicium ſumptum ex experientijs & coniecturis, quæ communiter a talibus malefactoribus procedere ſeu accidere ſolent, eſt ualidum:nã, ut dicit Panor.in c.Oſius.de elect.in fi. & in cap.1. de Cler.non reſid. in prin. Argumentum a communiter accidentibus tenet, & quod colligitur ex coniecturis & uerisimilibus præſumptionibus,dicitur manifeſtum,ut dicit idem Panor.in d.c.1.de cle.non reſid. in prin. Facit ad hoc quod dictum eſt ſupra,eod.uerbo.§.5.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 Indicium dicitur,&c.] *De materiam iudiciorum, qualia exigantur & ſufficiãt ad torturam præter Doctores hic ab auctore citatos,uide Iulium Clarum in pract.crimi.quæſt.20.21.& 22.& Antonium Gomezium tomo 2.uariar. reſolut. cap. 13. de tortura.adde omnino Eymericum in Directorio Inquiſitorum parte 3.quæſt.61.ubi diximus copioſe.*

INDVLGENTIA CRVCESIGNATORVM.

1 INdulgentia Cruceſignatorum eſt, quia primo habent plenariam remiſſionem omnium peccatorum: hanc habent ab Alexãdro quarto, in priuilegio quod incipit:Præ cunctis.item a Gregorio nono,in priuilegio quod incipit: Ille humani generis. A Clemente quarto,in priuilegio quod incipit:Licet ex omnibus. habetur etiam extra de hæreticis. cap. excommunicamus.§.catholici uero.& Panor. ibidem: & hoc dummodo uotum emiſſum in ſubſidium officij Inquiſitionis vſque ad mortem efficaciter proſequantur.Sic enim dicunt prædicta priuilegia.

2 Secundo omnis talis Cruceſignatus põt abſolui ab Inquiſitore ab omni ſententia excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti canonis,&ab illis præſertim, quas pro incendijs eccleſiarum, uel iniectione manum uiolenta in perſonas eccleſiaſticas incurriſſet,& ab omnibus alijs ſententijs generaliter ab Apoſtolica ſede promulgatis.

3 Tertio poteſt Inquiſitor diſpenſare cum clericis Cruceſignatis ſuper irregularitatibus quas celebrando diuina ligati ſententijs canonis contraxiſſent.

4 Quarto omnia uota Cruceſignatorum per Inquiſitorem poſſunt cõmutari,uotis terræ ſanctæ & perpetuis dumtaxat exceptis.

5 Quinto poſſunt Inquiſitores concedere Cruceſignatis,quod tempore generalis interdicti ualeãt intereſſe diuinis officijs, & eccleſiaſtica recipere ſacramenta in locis in quibus ex indulto Apoſtolico huiuſmodi diuina celebrantur. Hæc omnia patent per priuilegium Innocentij quarti, quod incipit:Malitia huius temporis.

ANNOTATIONES.

1 Indulgentia Cruceſignatorum,&c.] *De Cruceſignatis pauca quędam dixit auctor ſupra,uerbo, Cruceſignati .de quibus uide Camillum Campegium apud Zanchinum cap.9.& cap.37.*

Quantum uero attinet ad Extrauagantes pontificias, quarum meminit

auctor hoc loco, illæ nunc impreſſæ habentur inter literas Apoſtolicas pro officio inquiſitionis in fine Directorii Inquiſitorum.

INDVLGENTIA EORVM QVI FAVENT. *ſanctæ Inquiſitioni.*

1 INdulgentia eorum qui fauent officio Inquiſitionis.

Gregorius nonus, in priuilegio quod incipit. Ille humani generis. dat. Viterbii. 13. Cal. Iulij, ponti. ſui anno 11. cõcedit tres annos indulgentię omnibus Chriſti fidelibus, qui ex animo auxilium & conſilium præſtiterint uel fauorem: & ſi aliqui ex his in proſecutione dicti officii deceſſerint, plenam omnium peccatorum, de quibus fuerint contriti & confeſſi, remiſſionem.

2 Alexander quartus idem per omnia concedit, ſed & in particulari illud met concedit ſocijs & notariis Inquiſitorum, in priuilegio quod incipit: Præ cunctis.

3 Innocentius quartus idem per omnia, quaſi de uerbo ad uerbum, concedit in priuilegio quod incipit: Vt nihil vobis deſit.

4 Clemens quartus idem concedit ſociis fratribus ordinis noſtri, ac notariis, & aliis officialibus, in priuilegio quod incipit: Licet ex omnibus.

5 Vrbanus quartus idem per omnia concedit de verbo ad uerbum in priuilegio quod incipit: Præ cunctis.

Ex quibus omnibus patet, quod ſocii & notarii Inquiſitorũ, & omnes aliis dantes auxilium, conſilium, & fauorem, officio Inquiſitionis, conſequuntur indulgentiam quindecim annorum pro ſingulis uicibus, & ſingulis actibus, & ſi in proſecutione talis auxilii uel fauoris dicti officii deceſſerint, plenam omnium peccatorum, de quibus confeſſi fuerint & contriti, conſequuntur remiſſionem.

Indulgentiam quam poſſint dare Inquiſitores auctoritate diuerſorum ſummorum pontificum. Fuerunt plures ſummi Pontifices, quorum quilibet conceſſit Inquiſitoribus Lombardiæ auctoritatem concedendi quadraginta dies Indulgentiæ omnibus uere pœnitentibus & confeſſis, qui ad prædicationem eorum pro officio Inquiſitiouis faciendam acceſſerint, qui pontifices ſunt iſti, uidelicet.

Innocentius quartus, ſcribens Inquiſitoribus in priuilegio quod incipit; Tunc potiſſime. dat. Brixiæ quinto Cal. Octobris, pontificatus ſui anno nouo.

Idem in alio priuilegio quod incipit; Malitia huius temporis. ſcribens Inquiſitoribus, dat. Anagniæ. 13. Cal. Iunii. pontificatus ſui anno 11.

Alexan-

Alexander quartus, ſcribens Inquiſitoribus, in priuilegio, quod incipit: Cupientes. dat. Anagniæ, 7. idus Octobris, pontificatus ſui anno ſexto.

Gregorius nonus, ſcribens Prouinciali & Inquiſitoribus Lombardiæ, in priuilegio quod incipit. Ille humani generis. dat. Viterbii. 13. Cal. Iunii, pont. ſui anno 11.

Clemens quartus, ſcribens Inquiſitoribus, in priuilegio quod incipit: Licet ex omnibus. dat. Peruſij, 18. Calend. Decebr. pont. ſui anno primo.

Vrbanus quartus, ſcribens Inquiſitoribus Lombardiæ, in priuilegio quod incipit; Licet omnibus. dat. Viterbii. 13. Cal. Aprilis, pont. ſui anno primo.

Nicolaus quartus, in priuilegio quod incipit; Licet ex omnibus mũdi. dat. Reate, 12. Cal. Septembris. pont. ſui anno ſecundo.

ANNOTATIONES.

1 Indulgentia eorum qui fauent officio Inquiſitionis, &c.] *De indulgentiis & priuilegiis eorum qui fauent officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis, pleniſſime differit Nicolaus Eymericus in Directorio Inquiſitorum parte 3. quæſt. 127. & aliquot ſequentibus.*

Reſcripta uero ſiue Extrauagantes, quarum auctor meminit hoc loco, omnes fere ſunt impreſſæ una cum Directorio Inquiſitorum.

5 Ex quibus omnibus patet, ꝙ ſocii, &c. conſequuntur indulgentiã 15. annorum.] *De hoc articulo quid ſentiam, dixi in Directorio Inquiſitorum parte 3. ſuper quæſtio. 127. auctor hic per poſteriores põtifices accumulari cenſuit indulgentias, ego ſolum confirmari credebam, quamquam ſubſit cauſa ut accumulentur.*

INFAMIA.

1 INfamia uel ſcandalum, ſi etiam a maledicis oriatur, & ſi nõ a pluribus ſed ab uno tantum uenerit, facit quod poſſit procedi ad Inquiſitionẽ contra infamatum. arg. 2. quæſt. 5. mandaſti. & arg. ad hoc, quia ſoli Epiſcopo ſi eſſet ſuſpectus, poteſt indici purgatio. 2. quæſt. 5. cap. omnibus. in fi. Ergo ab uno poteſt procedere infamatio, etiam ſi ſemel tantum ſuſpectus eſt. hęc Inno. in cap. qualiter & quando. el. 2. de accuſa. circa medium.

2 Infamia, undecunque proceſſerit, facit quod ſit indicenda purgatio, propter euitandum ſcandalum. Ad hoc eſt bona glo. in dicto cap. qualiter & quando, in uerbo, A maleuolis. & gloſ. in cap. cum dilectis. de pur

ga. cano. in verbo, apud bonos & graues. Confirmat Panor. in cap. at ſi clerici. de iudi. ſuper primam gloſ. vide ad hoc Angel. in lib. maleſi. clauſula, Non quidem a maleuolis. Et limita ſecundum ibi notata in additione ſequenti.

Super probatione infamiæ ſufficiunt duo vel tres teſtes bonæ famę, quia vbi numerus teſtium adiicitur, duo ſufficiunt. ff. de teſti. l. vbi hæc. Albertus de Gandino tractatu maleficiorum, in rubrica, quomodo cognoſcatur de maleficiis per inquiſitionem, §. ſi autem ille negauerit. circa medium.

4 Et nota quòd ſufficit ſi teſtes dicant illum de tali crimine infamatum: & ſi fuerint interrogati, debent dicere apud quos ſit illa infamia. vel dic quòd ſufficit ſi dicunt quòd de illo maleficio eſt rumor vel infamia in tali contracta contra iſtum non nominando aliquas ſingulares perſonas. hæc Albertus de Gan. vbi ſupra.

5 Non eſt etiam neceſſe quòd teſtes audierint hanc infamiam ab eiſdē prouidis & diſcretis, ſed ſufficit ſi a diuerſis, & etiam ſufficit ſi non audierunt eodem tempore, & eodem loco, ſed diuerſis, & hoc illa ratione: quia cum infamiam tantum probare habeant, ſufficit ſi teſtes de hac & ſuper hac fuerint concordes, vt arg. ff. de peti. hęr. l. ſi quis libertas. §. quoties. ff. de arbi. l. ſi arbiter. & C. de iuris & fac. ignoran. l. cum falſam. hęc idem Alber. vbi ſupra.

6 Nec eſt neceſſe quòd teſtes concordent ſuper cauſis ſcientię: vnde ſi teſtes dixerunt ſe ſcire de illa infamia, quia audierunt, non debent probare quòd ſic audierunt, nec habet vnus teſtis cum alio concordare, ſcilicet de loco, tempore, & cauſis ſcientię, quia de illis nulla eſt quęſtio, ſed ſolum eſt quęſtio de fama & infamia: vnde quanquam videantur ſingulares in ſuis dictis, tamen ſtabitur aſſertioni eorum. hæc idem Alber. vbi ſupra, poſt prædicta.

7 Niſi prius conſtet de infamia, non debet inquiri contra aliquem de veritate criminis, vt dicit Panor. in cap. cum oporteat. de accuſa. & in cap. qualiter & quando, el 2. eo. tit. Ad hoc eſt textus expreſſus in dicto cap. cum oporteat. ibi: diſcretioni veſtræ mandamus, Ad hoc eſt etjam gloſ. 4. ibidem: Facit etiam quod dicitur in cap. inquiſitionis. eo. tit. ibi: ad hoc reſpondemus. §. tertiæ dubitationis articulus excipitur vt infra, in verbo inquiſitores. §. 7.

8 Sed aduertendum ſecundum eundem Panor. poſt Hoſtien. quòd quædam eſt inquiſitio generaliſſima, vt quādo prælatus inquirit ſuper ſtatu totius prouincię, de qua in cap. ſicut olim, eo. tit. & in c. Romana. de cen. ſib. lib. 6. & in hac non eſt opus infamiam pręcedere.

Quædam eſt inquiſitio generalis, vt quando inquiritur ſuper ſtatu ciuitatis vel caſtri, vel alicuius loci, & tunc etiam non exigitur quòd infamia

famia præcedat. Ad hoc de offic. ordi. cap. 1. l. congruit. ff. de offic. præſid.

Quædam eſt inquiſitio ſpecialis, ut illa quæ fit contra certam perſonam, & non fit ad pęnam imponendam, ſed ex debito officii, & etiam nō exigitur vt infamia præcedat. Ad hoc c. poſtquam, c. cum dilecti, & cap. nihil. de elect. hæc Panor. in d. cap. qualiter & quando, ſuper gl. 1. ibi: cū per famam & frequentem clamorem.

9 Infamia probata per teſtes, nunquid poteſt inquiſitus probare eſſe bonæ famæ, & ſic repellere Inquiſitionem ſuper veritate criminis, & tollere probationem malæ famæ? Ioan. And. dicit quòd nō debet admitti probatio ſuper bona fama, quia videretur fruſtratoria: nam ſi centum dicerent quem eſſe malæ famæ, & mille quòd eſſet bonæ famę, probatio ſuper bona fama non releuat, quin ſultē remaneat infamatus apud alios, & 1 reſpectu illorum facienda eſt inquiſitio. Tancre. tenet contrarium, & ꝙ ſit ſtandum dicto plurimorum. Hoſtien. dicit quòd probatio admittatur, ſed an prȩiudicet contrarię probationi, debet attendi quid habeat communis uox exterior, & debet attendi qualitas teſtium & perſonarum, & ſecundum hoc iudex arbitrabitur, quę probatio ualeat. Panor. poſt Bart. in l. de minore. §. tormenta, ff. de quęſtio. dicit, quod aut teſtes utriuſq; partis deponunt ſuper fama eiuſdem loci, & eiuſdem temporis, & tunc ſtandum eſt teſtibus magis idoneis: aut teſtes hinc inde ſunt ęquales, & tunc ſtandum eſt numero, uel datur paritas numeri, & tunc ſtabitur probationi magis uerisimili, & maxime uerisimilitudo debet attendi in infamia, quia ſecundum Bart. non ſufficit teſtes dicere infamiam eſſe apud populum, ſed debet reddi cauſa ſurgens ex aliqua ſimili prȩſumptione. Colliguntur omnia iſta ex Panor. in dicto cap. cum oporteat in ultima col. uide ibi omnia di l. sè. Facit quod notatur in cap. in noſtra. de teſti. & gl. fin. in c. 1. de prȩſcript. lib. 6. in fine.

ANNOTATIONES.

1 Infamia uel ſcandalum, &c.] *De infamia ſeu diffamatione, ſeu fama contra aliquem, quid ſit, & qualiter probetur, uide Iulium Clarum in pract. crim. q. 6. & quæ diximus in Directorio Inquiſitorum, par. 3. nu. 80. tit. de modo continuandi proceſſum per Inquiſitionem.*

INIVRIANS INQVISITOREM.

1 INiurians Inquiſitorem poteſt puniri per ipſum, quia crimen commiſſum in Inquiſitorem videtur tangere Eccleſiam, 2. quęſt. 7. Si quis ab Epiſcopo, ad quòd, de uerbor. ſignifi. ex parte inſuper, quia iniuria illa-

ta maxime dum eſt in actu exercendi officium,non uidetur ſibi facta prę textu ſuę priuatę perſonæ, ſed prætextu & in contemptum ſeu impedimentum officii ſui.Facit de fo.compet.c.2.de ſent. excom. cum deſideres,§.fin. de maledicis,c.1.iuncta glo. ibi uide. Facit etiam de pœnis,c. 1.lib.6. Et talis iniurians grauius punietur quàm ſi alteri priuatæ perſonæ iniuriam intuliſſet,ut ff.de iniuriis,l.iudici, ff.de pœnis,l.aut facta.§.perſonam,cum ſimilibus,& pœna debet eſſe arbitraria, conſideratis perſonis & qualitate facti,vt dicta l.aut facta,quæ habetur,de pœnit.diſt.2. cap.fina.

ANNOTATIONES.

1 Iniurians Inquiſitorem poteſt puniri per ipſum,quia crimen,&c.] *De hoc articulo uide omnino Zanchinum tract. de haret.cap.32. Repertorium Inquiſitorum, & Vmbertum Locatum in opere Iudiciali, uerbo, iniuria, quibus locis concludunt, Inquiſitores poſſe punire eum, qui illis infert iniuriam, & pœnam eſſe arbitrariam.*

Cæterum ſi conſtet, Inquiſitori illatam iniuriam, quia Inquiſitor eſt, & ratione officii, qui talem iniuriam intulit grauiter coercendus eſt, de quo uide Extrauagantem Pii Papę V. incipien. Si de protegendis, *quæ habetur in fine Directorii Inquiſitorum.*

INQVISITIO.

1 Inquiſitio non debet formari contra reum,niſi prius iudex interroget eum ſuper quo intendit inquirere contra eum,aliàs non ualeret,ut in c.qualiter & quãdo,in uerſi.debet igitur,de accuſ.& hoc maxime ſi reus eſt præſens,& in fortia officialis, tunc ſemper iudex interroget reum cũ tortura & ſine,in camera pluries,ut uideat bene ſuper quo poſſit formare inquiſitionem , & ita poſt eius interrogationem formet inquiſitionẽ: & quia non eſt hic actio , non eſt neceſſe quòd ſuper inquiſitionem lis conteſtetur,ſed fieri tamen debet per iudicem interrogatio,& per reum reſponſio.hęc ex libro malefic.Angel.in clauſula,hęc eſt quędam inquiſitio,col.8.col.9.& col.10.

2 Nota tamen quòd eſt neceſſe quòd inquiſitio formata contra aliquẽ habeat debitam formam,aliter non tenet,d.c.qualiter & quando,& c.inquiſitionis,de accuſ.hęc Angel.ubi ſupra,col.7. in fi.

Dicit tamẽ idem Angel.ubi ſupra,quòd in crimine hęreſis procedit inquiſitio ſine loco & tempore,hęc Ang.ubi ſupra,col.10.

3 De ſubſtantia inquiſitionis eſt, quòd fama publica a fide dignis procedat,cap. ad petitionem,cap.qualiter & quando,& cap.cum oporteat,

de

de accuſa.& de hoc habes ſupra, in verbo,infamia,§.7.
Fallit tamen quando reus eſt præſens,& non opponit,vt in c.2.de accuſa.lib.9.quia tunc tenet inquiſitio ſine diffamatione.

Item fallit quando iudex ex mero officio ſuo inquirit,& non ad poſtulationem alicuius,vt in c.1.de offic. ordi.

Item fallit quando iudex inquirit ex neceſſitate ſui officij, uel vertitur in periculum animarum,vt notatur in c. ad noſtram, el 1. de iureiuran. & tunc in tali crimine poteſt inquiſitio formari non præcedente aliqua diffamatione,vt dicit Angel.in lib.malefi. clauſula prima, col. 9. ibi:quarto principaliter quæro.

Fallit etiam in crimine hæreſis, in quo proceditur nulla præcedente diffamatione.Caſus eſt quem dominus Card.dicit eſſe ſingularem, & ſe alibi non legiſſe,in c.excommunicamus, el 1. §.Adiicimus,de hæreticis,& ipſum ſequitur Io.de Anania,hæc Angel.in d.lib.malefi.clauſula,hæc eſt quędam inquiſitio.col.10.

4 Nota tamen quòd iudex qui inquirit ex mero officio, ſicut facit Inquiſitor,nō tenetur facere fidem reo de tali diffamatione pręcedente. Ang. vbi ſupra, col. 11. & 12. Et confirmat Alber.de Gandi.in tractatu de malefi.in rubrica. Quomodo cognoſcatur de maleficiis per inquiſitionem, §.caueant tamen Inquiſitores.

5 Si in Inquiſitione generali aliquis reperitur culpabilis,poteſt procedi contra eum ad impoſitionem pœnę ex illis probationibus in generali inquiſitione receptis,nec eſt opus,vt de nouo illæ probationes ſpecialiter recipiantur,ſed ſatis eſt illum nominatim citare vt ueniat ad opponendū ſi quid opponere vult: & hoc intelligo quando inquiſitio erat formata contra certum genus perſonarum: nam tunc in effectu inquiſitio uidetur formata contra quemlibet, & ideo repertus culpabilis ex priori tela iudicii puniendus: pro hoc uidetur ſimilis textus ſecundum vnam lecturam,in c.per Inquiſitionem,de elect. Facit quod notatur in c.2.de confeſſ.hæc Panor.in c.ad petitionem,de accuſa.in prin.Facit quod no. Innoc.in c.bonæ,el 1.de elect.

ANNOTATIONES.

1 Inquiſitio non debet formari contra reum,&c.] *De Inquiſitione,& de ordine procedendi in crimine hæreſis per viam Inquiſitionis uide Eymericum in Directorio Inquiſitorum,par.3.num.69.tit.de tertio modo procedendi in cauſa fidei per uiam Inquiſitionis,adde quæ ibidem diximus, & Simancam de Catho.inſtit.tit.44.de ordine procedendi,nu. 6. & ſeq. & Repertorium Inquiſitorum,uerbo,Inquiſitio.& alij ex quibus intelliges quid ſit inquiſitio, & quotuplex,& qualis ac quantus eius in ſacro Inquiſitionis tribunali.*

INQVISITOR HÆRETICÆ PRAVITATIS.

1 IN quiſitor hęreticę prauitatis, licet inſtituatur a pręlatis ordinis, puta a Prouinciali uel Generali, eius tamen iuriſdictio dependet immediate a Papa, quia dicti pręlati inſtituunt eũ auctoritate Apoſtolica, ut in gl. in uerbo cõmitti, & in uerbo, amouere. Clem. 2. de hęret. & ideo dicitur inſtitutus a ſancta ſede Apoſtolica, quia omnia noſtra facimus, quibus noſtram auctoritatem impertimur. C. de uet. iur. enu. l. 1. §. ſed neq;, & ideo ſecundum Panor. in c. ſane quia. de offi. deleg. in princ. delegati loquuntur in plurali, & ſcribunt in literis: *Et noſtris, imo uerius Apoſtolicis parere mandatis*, quia repręſentant perſonam Papę.

Et debet Inquiſitor attigiſſe quadrageſimum annum, aliter non poteſt ei committi officium inquiſitionis, ut in Clem. 2. in prin. Et ſi cõmittitur non tenet, & ille qui committit puniendus eſt, ut in gl. d. Clem. 2.

2 Inquiſitor poteſt committere vices ſuas, & eas reuocare cum voluerit non obſtante quod Panor. in cap. Venerabili. de offic. deleg. not. nono, dicat, quod delegatus committens vices ſuas alteri, nõ poteſt *amplius* reuocare commiſſionem, de quo in cap. quamuis, eo. tit. lib. *6.* ſi ſubdelegatus cępit vti iuriſdictione, vt in glo. penult. dicti cap. venerabili, & ratio eſt: quia dictũ Panor. & dictũ c. quamuis, vt innuitur, intelligit de delegato ad ſpecialem cauſam, & non ad vniuerſitatẽ, vt eſt inquiſitor, qui licet ſit datus delegatus ſpecialiter in cauſa hæreſis, eſt tamen datus generaliter in prouincia ſibi commiſſa, & ad vniuerſitatem perſonarum, vt dicit Gemi. ĩ cap. ne aliqui. & c. per hoc, de hæret. lib. *6.* unde habent quaſi ordinariam iuriſdictionem, vt dicit Archid. in dicto cap. ne aliqui. & ideo inquiſitores hæreticæ prauitatis vices ſuas cõmittere poſſunt, & eas quãdocũque voluerint reuocare, vt dictum eſt: nam & Ordinarius poteſt reuocare: & hoc etiam innuitur in gloſ. in verbo, Si non poſſunt ambo. cap ſuper quæſtionum. de offi. deleg.

3 Inquiſitor non poteſt ſe intromittere de diuinationibus aut ſortilegijs niſi ſapiant hæreſim manifeſte, vt ĩ cap. accuſatus. §. ſane. de hæret. lib. *6.* Quomodo autem iſta ſapiant hæreſim manifeſte, uide ſupra in uerbo, diuinatio, §. 1. & §. 2. neque etiam poteſt ſe intromittere de quæſtionibus vſurarum, neque contra eos quibus reſtitutionem vſurarum pro crimine hæreſis iniunxerunt, ac illos qui ſe & ſua in iudicio Eccleſię obligarunt, ut in d. c. accuſatus, §. de quęſtionibus.

4 Inquiſitores non poſſunt inquirere contra Epiſcopos de crimine hęreſis, ſi tamen inuenerint eos circa hoc crimen commiſiſſe, uel eos ſuſpectos aut diffamatos ſciuerint, tenebuntur id ſedi Apoſtolicę nuntiare, ut in c. inquiſitores, eo. tit. lib. *6.*

Inqui-

5 Inquiſitores ordinis Fratrum Prædicatorum non poſſunt procedere de hoc crimine, neque inquirere contra Fratres Minores, neque inquiſitores Fratrum Minorum contra Fratres Prædicatores, ex bulla aurea Xiſti Papæ quarti, quæ incipit: Sacri Prædicatorum & Minorum Fratrum.

6 Inquiſitores non poſſunt procedere contra aliquem officialem uel nũtium Romanæ curię, in Extrauagãti Io.xxij. quæ incipit; Cũ frater. hoc dicit Archiepiſcopus Floren. in 3. parte ſuæ Summæ, tit. 17. ca. 2. §. 7. quibus debeant. uerſ. Item Inquiſitores non poſſunt.

7 Inquiſitores generales poſſunt procedere ad inquirẽdum de ueritate criminum etiam non receptis teſtibus ſuper infamia, ſatis eſt enim quod conſtet de infamia propter frequentem clamorem, ſecus in delegato ad vnam cauſam tantum. Panor. in cap. cum dilecti. de accuſa. in ſecundo notabili, & in cap. qualiter & quando. el. 2. eo. tit. ſuper glo. 1. ibi; in ea glo. ibi; quod iudex ſit criminoſus. in ſecunda differentia.

8 Inquiſitores poſſunt inquirere de articulis fidei, & de ſacramentis Eccleſiæ contra omnes quos habent ſuſpectos de fide propter aliquam ſiniſtram uitam, quam faciunt, uel propter excommunicationem, quam diu ſuſtinuerunt. & ſi contumaces fuerint, procedent iuxta cap. cum contumacia. de hæret. lib. 6. ſi autem comparuerint, & culpabiles reperti fuerint, procedent ut dicitur in Clem. 3. eo. tit. in fi. hæc dominus Card. Zabar. in dicta Cle. 3. uer. Cum autem. §. porro. Facit ad hoc quod dicitur infra, in uerbo, ſuſpicio. §. primo.

9 Inquiſitores ſeu Epiſcopi & ſubſtituti ab eis, cauere debent ne malitioſe aut fraudulenter alicui imponant crimen hæreſis, neque alii, quòd eos in executione officij Inquiſitionis impediat, falſo imponere, & ſi aliquẽ vexauerint, imponendo ei hæreſim falſo, uel quod impediat officiũ ſuũ, aut cauſa odij, gratiæ, uel amoris, uel lucri aut commodi temporalis obtentu, contra iuſtitiam & conſcientiam ſuam omiſerint contra quempiam procedere ubi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, Epiſcopus ſuſpenſionis ab officio per triennium, alij uero excommunicationis ſententias eo ipſo incurrant, a qua non poſſint abſolui niſi per Romanum pontificem, præter quam in mortis articulo, & tunc ſatisfactione præmiſſa poterunt beneficium abſolutionis obtinere. hæc in Clem. 1. eo. tit. §. uerum quia. Facit ad hoc id quod dicitur infra in uerbo. præcipitur. §. 2.

10 Inquiſitores & eorum ſubſtituti ſunt ipſo facto excõmunicati ſi pretextu officii Inquiſitionis quibuſuis modis illicitis ab aliquibus pecuniã extorqueant, aut bona eccleſiarum ſcienter attentent ob clericorum defectum, occaſione officii prędicti, fiſco etiam Eccleſiæ applicare, ut dicitur in dicta Clem. 2. ubi dicit dominus Card. Zabar. quod hic nomine

ne pecuniæ intelligitur de quocunque commodo æſtimabili, ne illicitis modis extorqueatur.

11 Poſſunt Inquiſitores ordinis Fratrum Prædicatorum in prouinciis in quibus habent officium Inquiſitionis, cōpeſcere Fratres Minores ne prædicent quando ipſi pro facto fidei prædicare velint,& econuerſo Inquiſitores Fratrum Minorum in prouinciis in quibus habent dictum officiū poſſunt compeſcere Fratres ordinis Prædicatorum,licet ſibi inuicem deferant,quod eſt commendabile.

Caueant tamen ſibi a pœna Clem.1.eod.tit.in fi.videlicet, ne malitioſe impedimentum imponant.hęc Io.And.in nouella.ſuper cap.ut officiū lib.6.Et Gemi. ibidem. & ita etiam poſſunt compeſcere alios religioſos prædicatores.Facit ad hoc id quod dicit dominus Card.Zabar. in Clem. dudum.de ſepul.uerſ.ab olim.quæſito 12.in fi.

Nec ualet ſi quis dicat,quod ille text.cap.ut officium.loquitur de quæſtuariis & non de aliis religioſis prædicantibus, quia quamuis ibi adducatur exemplum de quæſtuariis,tamen ratio ipſius textus eſt,quia impediunt,& quia non pertinet ad eos factum fidei vel Inquiſitionis: ubi ergo ſequatur hoc, quod impediatur factum fidei uel Inquiſitionis, poteſt Inquiſitor inhibere ne prædicent,quia eſt eadem ratio,& ubi eſt eadem ratio,ibi eſt eadem diſpoſitio iuris,ſecundum glo.cap.1.de tempo.ordi. lib.6.tum quia officium fidei eſt fauorabile,& qui impediunt ſunt excōmunicati,per cap.ut Inquiſitionis.§.prohibemus.de hæret.lib.6.

12 Item poſſunt conuocare clerum & populum ciuitatum & caſtrorum aliorumque locorum prout negotio fidei uidetur expedire,ut dicitur in cap.ut commiſſi.eo.tit.lib.6.ubi Gemi.dicit,quod ſolent fieri hæ conuocationes ad audiendas ſententias & pœnas quas Inquiſitores infligunt, & ad uidendos aliquos cruciari,& expedit fidei talia publice fieri,ad inſtructionem ac etiam ad terrorem.Io.And.hæc Geminianus.

13 Poſſunt etiam Inquiſitores ſine diœceſano capere.arreſtare,ac tutę cuſtodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus & manicis ferreis, prout uiſum fuerit,ut in Clem.1.e.tit.in prin.poſſunt etiam tradere hæreticos ſeu de hæreſi ſuſpectos duro carceri ſeu arcto, tamen ad cuſtodiā & non ad pœnam.de hoc habes ſupra in uerbo,capere.§.1. & nota quod arreſtare eſt quādo alicui interdicitur ne exeat certum locū ſine manus iniectione.Capere autem dicitur,cum manibus tenetur. de hoc habetur in cap.ut famæ.de ſent.excom.Confirmat Io.de Imol.in Clem.1. de hæreticis.Concordat Dominus Card.Zabar.in dicta Clem.1. verſ. propter quod ibi:quarto oppono.arg.de ſent.excom.Nuper.de offic. ordi. cum epiſcopus.lib.6.

14 Item poſſunt Inquiſitores habere officiales armatos & concedere licentiam deferendi arma, Caueant tamen ne abutantur quomodolibet conceſ-

conceſſione portationis armorum,& non habeant officiales niſi neceſſarios,ut in Clem.2.eo.tit. in fi.& in gloſ.penult.& fi.ibidem.& in gl.2.& penult.in c.ſtatutum ciuitatis.eo.tit.lib.6.Et nota quod Dominus Card. Zabar. in dicta Clem. 2. in fi. dicit,quod ſi dominus temporalis impediat familiam Inquiſitoris in portatione armorum,poterit puniri ut turbator Inquiſitionis,per id quod not.Inno.in cap.1.de offi. deleg.quod bene nota,& tene menti.

15. Inquiſitores hęreticę prauitatis habent iurisdictionem delegatã a Papa,cap.per hoc,& cap.ne aliqui eod.tit.lib.6. Confirmat Panor. in cap. cum.I.& A.de ſen.& re iudi.imo iuriſdictio eorum eſt maior, nobilior, & fortior iuriſdictione ordinarij in negotio Inquiſitionis,ut dicit Gem. in dicto cap.per hoc,poſt Ioan. And.& ratio eſt, quia cum ſit delegatus. dicto cap.per hæc,cẽſetur ille cuius locum tenet.2.quæſt.6.ſi Epiſcopus. de offi.deleg.ſane.el 2.de hoc ſupra in uerbo.citatus.§.2.& in hoc eod. uerbo. §.primo.

16 Inquiſitores non ſunt dati ad uniuerſitatẽ cauſarum . ut ſic poſſint dici ordinarij,ſed ſunt dati ad unam ſpecialem cauſam tantum,ſcilicet hæreſis, licet ſint dati ad uniuerſitatem perſonarum. Facit quod not. Ioan. And. ſuper uerbo.priuilegiorum,cap.ſicut.eo.tit.ſecundum Lapum.hæc Gemi.dicto cap.ne aliqui.

17 Inquiſitores poſſunt excommunicare,ſuſpendere,& interdicere.arg. cum contumacia,eo.tit.lib.6.Et ratio eſt,quia,ut dictũ eſt ſupra, habẽt iuriſdictionem delegatam a Papa,dicto cap.ſane.tum quia poſſunt compeſcere per cenſuram eccleſiaſticam.cap.ut officium.de hæreti.lib.6.Facit quod notatur in cap.quærenti.de uerb.ſignifi.Ad idem eſt,cap. 1.de offi.deleg.nam uideretur iuriſdictio illa nullius eſſe momẽti, ſi coerctionem aliquam non haberent,ut in cap.paſtoralis.eo.tit.in principio,imo uideretur iſta iuriſdictio inquiſitorum eſſe deluſoria.arg.eo.tit.cap.ex literis.in medio. Poſſunt etiam Inquiſitores imponere aliam pœnam arbitrariam,ut dicitur cap.de cauſis.de offi.deleg.in fine.

Et ideo poſſunt mandare cuilibet presbytero curato ſiue nõ curato, ut publicet literas monitorias a ſe factas, & denũciet coram populo excommunicatos ab ipſis,alioquin poſſunt ipſum presbyterum punire nõ ſolũ pœna cenſuræ,ſed etiam alia pœna,quod etiam probatur:quia quilibet delegatus Papæ poteſt compellere quoſcunque clericos ad exequẽdum ea quæ ſpectant ad cauſam ſibi commiſſam,ſecundum Panor.in dicto cap.paſtoralis.col.1.in glo.in uerbo,cõpellere renitentẽ.& in §. quia uero.nam delegatus põt compellere quos potuiſſet compellere ipſe delegans,nam gerit uices delegantis & reſpectu delegati Papæ nullus clericus poteſt dici alterius fori, quia omnes ſubſunt Papæ, ut in cap. cuncta per mundum.9.quæſtio.3.idem in priuilegio Vrbani Quarti,quod

incipit:*Licet ex omnibus mundi partibus.*

18 Inquiſitores poſſunt exercere ſuam iuriſdictionem contra fautores licet non ſint hæretici,ut eſt textus in cap.accuſatus.eo.tit.lib.6.§.Si uero iuncta glo.in uerbo,ad ſalutem.& glo.in uerbo,temporalibus.

Et poſſunt etiam Inquiſitores compellere hæredes fautorum hæreticorum,qui tamen fautores non erant hæretici,ad implendam pęnitentiam iniūctam defunctis in bonis temporalibus,ſecus ſi mortui ſunt antequā pœnitentia fuerit iniuncta.hęc Gemi.in dicto §. ſi vero.dicto cap.accuſatus.in principio.

19 Inquiſitores poſſunt priuare quibuſcunque officijs publicis, honoribus,ac dignitatibus omnes hæreticos, & defenſores ipſorum, ac eorum filios & nepotes,ſine conſilio diœceſanorum uel uicariorum ſuorum.textus eſt expreſſus in cap.ut commiſſi.eo.tit.§.priuandi.iuncta gloſ.in uerbo. honoribus. Non tamen eos priuare poſſunt dignitatibus ſeu beneficijs eccleſiaſticis,niſi de conſilio diœceſanorum uel eorum uicariorum, vt dicitur ibi in textu.quod not.gloſ.in dicto uerbo.honorib.& ibi rationem reddit. Et ſufficit quòd faciant hoc Inquiſitores de conſilio diœceſanorum,ſine eorum conſenſu,ut dicit Gemi.ibidem. Nota tamen,quòd Gemi.in fine dictę gloſ.in uerbo honoribus.remittit ad notata in Clem. 1.eo.tit.

20 Inquiſitores poſſunt per ſe,aut ſeparatim,uel ſingulariter, ubique,in prouincia in qua officium Inquiſitionis eſt ſibi commiſſum, procedere prout negotii utilitas ſuadebit,contra hæreticos,credentes,receptatores & fautores,ſeu defenſores,nec non contra infamatos de hæreſi,uel ſuſpectos,ut dicitur in cap.ut officium.eo.tit.lib.6.in prin.

In tribus tamen prohibitis per Clem. 1.eo.tit.non poſſunt ſine diœceſano,quando ipſius poſſunt habere copiam infra octo dies poſtquā fuerit requiſitus,ut in dicta Clem. 1.

Nec etiam poſſunt priuare uel denunciare priuatos clericos hæreticos beneficiis & dignitatibus eccleſiaſticis, niſi forte cōſtaret legitime quod diœceſani eiſdem ſcienter huiuſmodi beneficia contuliſſent, tunc non eſſent requirendi diœceſani,ut eſt text.in cap.ut commiſſi.eo.tit. lib.6.§. penult.Sed nota ſecūdo Gemi.in dicto ca.ut commiſſi. & in dicto §. penul.dicere, q͂d ſi clericus paratus eſt corrigi,& corde non ficto redire ad Eccleſiæ vnitatem,non debet deponi,ut notatur 21.diſt.nunc autem.in gloſ. ſed verius. Sed intellige hoc ſecundum Ioan. de Imola, uerum eſſe quando clericus ante ſententiam redijt, quia ſi rediret poſt ſententiam, tunc non recuperaret beneficia,niſi mediante diſpenſatione,ut de elect. cap.Quia diligentia.cum ibi notatis.hæc Gemi.ubi ſupra.ibi; Sed quæro an requiratur ſolum conſilium.

21 Inquiſitores poſſunt aduocare quoslibet peritos,prout expediens fuerit.

rit, ut eis aſſiſtant, & in ſententia ferenda præbeant conſilium opportunum: & quòd eis ſuper his humiliter pareant poſſunt iniungere in uirtute obedientię, d.c.ut commiſſi.

Quibus peritis poſſunt Inquiſitores indicere ut ſecretum teneant proceſſum, quem eis explicabunt integraliter, & ſerioſè manifeſtabunt, ſuper quo deliberandum eſt, & de ipſorum conſilio ad ſententiam uel condemnationem procedatur.

Et ſi dicti periti arcana conſilii ſeu proceſſus ſibi patefacta ſub ſecreto, pręter eorum licentiam aliis patefecerint, excommunicationis ſententiam ex ſecreti violatione ipſo facto incurrant, ſi eis uidebitur expedire, promulgare ualebunt, ut dicitur in cap. fin. eo.tit.lib.6. §. iubemus, & §. ſequenti.

Et iſti Iuriſperiti qui ſunt uocādi, intelligūtur Docti, & Literati, Theologi, Canoniſtę, & Legiſtę, & non medici. Cum enim agatur de crimine mere eccleſiaſtico, ut c. ut inquiſitionis, §. prohibemus, eod.tit.lib.6. debent cognoſci & decidi per Canones: ad hoc facit 11. quęſt. 1. c. ſi quis cum clerico. in fi. cum ſuffragio tamen & famulatu legum 11. q. 3. ſummopere in c. dignum, & c. hortamur, hæc Gem. in dicto cap. ut commiſſi, §. aduocandi.

Quid autem debeant facere iſti periti, & an Inquiſitor teneatur ſtare conſilio eorum, & illud ſequi, habes ſupra in uerbo, aduocare, §. 4. & §. 5.

22 Inquiſitores poſſunt ſibi facere aſſignari a quibuſcumque libros ſeu quaternos, & alia ſcripta in quibus continentur inquiſitiones factæ, ac proceſſus per quoſcumque auctoritate Apoſtolica uel legatorum eius habiti contra hæreticos, ut eſt textus in d.c.ut commiſſi, ubi glo. in uerbo, quibuslibet: dicit ſiue ſint ipſi ſcribentes, uel alii ad quos quotumq; modo deuenerint dicta ſcripta, ubi dicit Gemi. quòd iudex poteſt compellere habentes proceſſus factos per prædeceſſores, ut ſibi præſentent & aſſignent.

23 Inquiſitores poſſunt procedere contra eos, qui commiſerunt crimē hæreſis in prouincia, in qua eſt ſibi commiſſum inquiſitionis officium, licet ad alias partes ſe tranſtulerint, ut patet in d.cap.ut commiſſi. Facit ad hoc glo. ſingularis, ibidem, in uerbo, procedendi, quæ dicit, quòd in caſu conuerſo, in eo ſcilicet, qui alibi crimen hæreſis commiſit, & modo eſt in prouincia huius inquiſitionis, hic Inquiſitor poſſit cognoſcere, quia vbi quis inuenitur, conuenitur. C. ubi de cri. agi. opor. l. 1. Et ſic ſecundū hoc erit reperire quòd interdum duo Inquiſitores cognoſcāt de eodem. Pone, peccauit quis in Rauennati, & tranſiuit ad Mediolan. Diœceſim: ſecundum hoc, Rauennas Inquiſitor, & etiam Mediolanen. poterit cognoſcere, nec eſt mirum, quia etiam id habetur, c. per hoc. eo. tit. lib. 6.

24 Sed quæritur vtrum Inquiſitor teneatur de neceſſitate remittere eum qui eſt in prouincia ſua,ſed crimen hęreſis commiſit in alia, ad illum Inquiſitorem,in cuius prouincia deliquit , dominus Card.Zabar.in Clem. 2.de re iud.uerſ.denique,ibi:nono quæro , concludit,ſi remiſſio petitur, dēt fieri de neceſſitate , licet uideatur quòd hæreticus debeat puniri vbi reperitur,quia hæreticus ubique delinquit eodem modo,in cœlo,terra, & mari.C.de hære.Arriani,facit 24.q.2. nec quiſquam. Facit ad hoc gl. in uerbo,de more,dicta Clem.2. de re iud.quæ dicit in omni graui delicto debere fieri remiſſionem ad iudicem delicti,per §.Si uero quis comprehenſorum,in Authen.vt nulli iudi.col.9. Quæ gl. etiam refert quoſdam dicere, quòd iudex delicti poteſt cogere ad hoc iudicem ubi degit. Concordat gl.in c.1.de rapto.quæ dicit , Si graue fuerit crimen,fiet remiſſio ubi deliquit, ff.de re mili. deſertorem,in prin.Et gl.1.in c. fin.de for.compet.Et gl.1.in cap.poſtulaſti,eo.tit. & 3.q.6.Ibi enim cauſa , & gl.prima ibid. Panor.ſuper dicto cap. fin. de for. compet. colum. 10.& 11.confirmat dicens, quòd ſi delictum eſt atrox, & remiſſio petitur , remiſſionem eſſe faciendam de neceſſitate , & dicit ita uoluiſſe Cynum in Authen.qua in prouincia.Et Bar.in l.ſi cui,ff.de accuſa.debet tamen iudex qui petit remiſſionem fieri, facere fidem & informationem iudici vbi degit,de delicto commiſſo,aliter ſine cauſa infamaretur,ſi ſic ligatus remitteretur,ut innuit idem Panor.ubi ſupra, & dicit idem ſentire Bart. in l.1.C.ubi de cri.agi.opor.

25 Et quia delictum dat iuriſdictionem ei qui aliàs eam non habet, ut dicit gl.1.in c.fin.de fo.compet. de rapt.c.1.& 3. q.6.cap. Ibi enim cauſa, quæritur quam iuriſdictionem habet iudex loci, in quo commiſſum eſt delictum,ſupra delinquentem.Panor.reſpondendo ad hoc,adducit plures opiniones diuerſorum Doctorum,quas diffusè proſequitur , & breuiter concludendo materiam, dicit , quòd ſi delinquens reperitur in loco delicti,tunc quo ad omnes effectus , & reſpectu perſonæ, & reſpectu bonorum, eſt de iuriſdictione iudicis delicti: aut non reperitur in loco delicti,& tunc ſi fuerit citatione præuentus,poteſt excommunicari,& omnis proceſſus ſupra perſonam fieri, in quantum patitur ſtatus & qualitas cauſæ:& poteſt etiam extra territoriū citari verbaliter , quia iam eſt contumax & præuentus,ut in c.Propoſuiſti,de for.compet. aut non fuit præuentus,& tunc poteſt citari uerbaliter quo ad effectum diſtinguendi bona,ut in §.contrahentes,c.Romana,eo.tit.lib.6.

29 Itē poteſt requiri iudex ubi degit,ut eum citet uel remittat, & ille debet hoc facere , ut probatur in Clem. paſtoralis, de re iud.& in Auth.vt nulli iudi.§.ſi uero quis comprehenſorum . Et ſi citatus per iudicem ubi degit non vult comparere , poteſt excommunicari per iudicem delicti , & alius proceſſus fieri contra perſonam,in quātum patitur ſtatus cauſę,

quia

quia iam conſtitutus eſt in contumacia per citationem iudicis ubi degit, & videtur contumax in loco ad quem citationis effectus dirigitur, hæc Panor. in dicto cap. fi. de for. comper. col. 6. in prin. ibi: Quid ergo dicendum in tanta varietate Doctorum?

Nota tamen, vt dicit Bar. in l. 2. ff. de requi. re. quod quando ſunt plures iudices habentes ſeparatas iuriſdictiones dependentes tamen ab vno principe, vt diuerſi præſides diuerſarum prouinciarum conſtituti ab vno rege, tunc vnus eorū poterit verbo citare in territorio alterius, ita loquitur l. omnes. §. ſi vero apparitor. C. de epiſ. & cler. quaſi hoc videatur permiſſum a principe qui eos conſtituit. Quod etiam poteſt inteligi de inquiſitoribus inſtitutis a Papa in diuerſis prouincijs, quod bene nota.

27 Inquiſitoribus diſtrictius iniungitur, quòd ſi quis pertinaciter affirmare præſumpſerit, quòd exercere vſuras non ſit peccatum, aut de hoc diffamatus fuerit, vel ſuſpectus, contra eum tanquam contra diffamatū vel ſuſpectum de hæreſi procedere non omittant, vt dicitur in Clem. ex graui, de vſuris. §. ſane. Nam ut dicitur in gl. penul. ibidem: hæreticus eſt qui peruerſum habet dogma, uel falſas aut nouas opiniones gignit, uel ſequitur. 24. quæſt. 3. inter ſchiſma & hæreſim, & cap. hæreticus. Iſtud autem eſt contra doctrinam Eccleſiæ, ut patet cap. 3. & cap. cū tu. de uſuris. in gloſ. autem fi. ibidem, in verbo, omitant. dicitur per modum, de quo in Clem. 1. de hæreticis. Et Dominus Card. Zabar. in dicto §. ſane. in prin. exponit, pertinaciter, ideſt, obſtinata pertinacia. aliàs non incurreret pœnam.

28 Licet iudex eccleſiaſticus debeat per ſeipſum proferre ſentētiā ſuam diffinitiuam, & eam legendo ſedere, aliter eſt nulla, ut ī cap. fi. de ſent. & re iudi. lib. 6. Fallit tamen hæc regula in Inquiſitore hæreticæ prauitatis, ut eſt caſus, in c. ut commiſſi, de hæret. lib. 6. hæc Gem. in d. c. fi. de re iud. col. 1. ibi: quæro an Epiſcopus poſſit legere. nam Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt recitare ſententias per alios, ſicut Epiſcopi, de quo in dicto cap. fi. hæc Gem. in dicto cap. ut commiſſi, in principio.

29 Inquiſitor etſi non poſſit ſe intromittere de diuinationibus & ſortilegiis niſi ſapiant hæreſim manifeſte, ut dicitur in §. ſane, cap. accuſatus, eo. tit. lib. 6. & in glo. ibi, in uerbo, manifeſte, tamen ſi reuocaretur in dubium, an manifeſte ſaperent hæreſim, de hoc cognoſcere poſſet, ideſt, ſi manifeſte appareret quòd ſapiant hæreſim, & ſuper iſto quòd ſit uel nō ſit manifeſtum, iudicialiter poterit pronunciare ſe iudicem. Si uero non appareat quòd non ſit manifeſtum, non ſe intromittat, ut dicit gloſ. hæc Gemi. in dicto cap. accuſatus, & dicto. §. ſane, & allegat Panor. qui in c. in tabulis, de Sortileg. idem dicit circa finem.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 Inquiſitor hæreticæ prauitatis licet inſtituatur,&c.] *De Apoſtolicis Inquiſitoribus conſtitutis contra hæreticam prauitatem multa vbique tradunt qui aduerſus hæreticos ſcripſerunt, ex quibus nonnulla in hunc locum congeſsit auctor, videri item poſſunt Eymericus in Directorio Inquiſitorum, par. 3. in multis quæſtionibus. Sanctus Antoninus in Summa, par. 3. tit. 18. c. 2. Zanchinus tract. de hæret. in multis locis, ubi agit de poteſtate, & iuriſdictione Inquiſitorum. Repertorium Inquiſitorum, uerbo, Inquiſitores. Simancas de Catho. inſtit. tit. 34. de Inquiſitoribus Apoſtolicis, & alii, ex quibus pateſiant ea, quæ hic Auctor tractat interdum nimis breuiter.*

20 Nec etiam poſſunt priuare, vel denunciare priuatos Clericos hæreticos beneficijs & dignitatibus eccleſiaſticis.] *Quidquid ſit de iure antiquo, an uidelicet Clerici hæretici ipſo iure priuentur beneficiis eccleſiaſticis a die cõmiſsi criminis, necne, hodie aperta res eſt, & clara ex reſcripto Pii Papæ V. incipiente:* Cum ex Apoſtolatus, *per quod intelligimus beneficia Clericorum hæreticorum a die commiſsi criminis uacare, & diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ reſeruari, de quo articulo ſcripſi copioſè in Directorio Inquiſitorum, part. 3. ſuper quæſt. 113.*

INVOCARE DÆMONES.

1 INuocare dæmones an ſit hæreticum, & quomodo eſt hæreticum, uide ſupra, dęmones inuocare, §. 1. & 2. & in verbo, diuinatio, §. 1. & 2.

ANNOTATIONES.

2 Inuocare Dęmones, &c.] *Videto annotata paulo antea in locis hic ab Auctore citatis; & Repertorium Inquiſitorum, uerbo, Dęmon. & Eymericum in Directorio Inquiſit. parte 2. quæſtio. 43. & Zanchinum tract. de hæret. c. 22. & alios.*

IVDÆI.

1 IVdæi inducentes Chriſtianos ad ritum eorum, poſſunt puniri ab Inquiſitore vnà cum Epiſcopo, iuxta Clem. 1. eo. tit, nam iſti tales Iudęi dicuntur largè fautores, imo & factores hæreticorum, qui ſic trahunt baptizatum ad Iudaiſmum, hæc Gem. in cap. contra Chriſtianos. de hæret. lib. 6. ibi: Sed dubium eſt nunquid Iudæi inducentes Chriſtianos. Et de hoc habetur in officio Inquiſitionis littera Clemētis Quarti, data Viterbij, Pont.

bij, Pont. ſui anno tertio. & etiam habetur littera Gregorij decimi, data Lugduni anno ſecundo Pont. ſui. Et utraque incipit: Turbato corde. & ambæ mandantur Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, & in utraq; ſic dicitur: *Iudæos autem, qui Chriſtianos utriuſque ſexus ad eorum ritum execrabilem hactenus introduxerunt, aut inueneritis de cetero introducentes, pœna debita puniatis. Contradictores, &c. inuocato, &c.* Ex quibus infertur, quod cũ decretalis fi. eod. tit. lib. 6. reſeruat mandata prædeceſſorum Pontificum, non obſtantibus conſtitutionibus, poſſunt Inquiſitores tales punire. has litteras allegat Gemin. ubi ſupra. & dicit. quod ubi talis littera non eſſet, videretur quòd Iudęi talia facientes non caderent in officium Inquiſitoris. Ad hæc omnia facit quod dicit dominus Archiepiſ. Florent. in tertia parte Summæ. tit. 18. cap. 2. §. circa Inquiſitionem hæreticorum. uer. item Inquiſitores poſſunt procedere contra Chriſtianos.

2 Iudęi qui fuerunt baptizati, etiam dum eſſent infantes, aut metu mortis, poſtea redeunt ad iudaiſmum, poſſunt puniri per Inquiſitores, dummodo non fuerint præciſe & abſolute coacti, ut dicitur in dicto cap. contra Chriſtianos. & in gl. prima, & ſecunda, & tertia, ibidem, quę dicit, ꝙ ille dicitur coacte baptizatus, qui renitens, inuitus & reclamãs fertur ad fontes. Facit ad hoc quod dicit Gemin. in dicto cap. contra Chriſtianos. vbi ſubinfertur, quòd tales Iudæi recidiuantes ad iudaiſmum, ſolẽt ſe exbaptizare, & de nouo lauare, quod uocant purificationem, & cum pumice caput radere, & per iudicem ſæcularem uidetur eis imponenda pœna capitalis cum diſpendio fortunarum, ut dicit l. penult. C. de apoſta. tamẽ Inquiſitores ſi uolũt eos punire, poſſunt, per prædictas litteras ſupra allegatas, una cum epiſcopo, ut eſt hodie, per Clem. 1. eo. tit.

3 Iudæi ſi dogmatizãt inter Chriſtianos quòd exercere vſuram non eſt peccatum, etiam exercendo eam cum Chriſtianis, uel dogmatizant aliquid contra humanitatem Chriſti, poſſunt per Eccleſiam compeſci & puniri. Paul. alleg. poſt Inno. & Hoſtien. de uoto. quod ſuper his. in uerb. defenſione. nec mirum, quia etiam in certis caſibus alijs, ſcilicet quando aliter offendũt fidem, Eccleſia coercet & punit eos, de quibus legitur & notatur de Iudæis c. Iudæi. el 2. hęc Io. de Imol. ſuper Clem. ex graui. de uſuris. uerſ. ulterius quęro. Confirmat dominus Cardin. Zabarel. ſuper dicta clem. ex graui. §. ſane. quæſito. 19. Ad hoc eſt Feli. in c. poſtulaſti. de Iudęis. ibi; extra gloſ. idem dicit Oldradus in conſilio 35.

4 Si Iudæus impedit alium Iudæum uolentem baptizari, ne baptizetur, poteſt Inquiſitor contra eum procedere, quia ſi conceſſum eſt Inquiſitoribus, quòd procedant contra Iudæos inducentes Chriſtianos ad Iudaiſmum, ut dictum eſt ſupra eod. uerbo §. 1. & in caſu propoſito Iudæus uolens baptizari, baptizatus eſt baptiſmo flaminis, & moriẽs euolat ad patriam. de conſec. diſt. 4. baptiſmi uicem. de presbyt. nõ bapt. c. 2. & ſic im

pediens

pediens baptizari, retraxit Iudæum factum Chriſtianum ad Iudaiſmum quantum in ſe fuit, hæc dominus Card. Zaba. in Clem. 2. de hæret. uerſ. Inquiſitoribus, in fine.

ANNOTATIONES.

15 Iudæi inducẽtes Chriſtianos ad ritum eorum, poſſunt puniri ab inquiſitore vna cum Epiſcopo &c.] *Iudæos contra fidem Catholicam delinquentes, per Inquiſitores, & Epiſcopos poſse puniri, communis eſt Doctorũ ſententia, de quo articulo latiſſime agit Eymericus in Directorio Inqui. par. 2. quęſt. 46. Zanchinus tract. de hære. cap. 36. Repertorium Inquiſitor. uerbo, Iudæus. copioſè Innocentius, Ioannes And. & alii, in capitu. quod ſuper his. extra de uoto & uoti redemp. Ancharanus conſil. 15. incipien. ſpiritualis iudex. Calderinus conſil. 2. tit. de Iudæis, & alii.*

Extrauagans cuius meminit auctor hic, incipit; Turbato corde. eam refert Eymericus *in Directorio Inquiſit. parte 2. quæſt. 44. & Cãpegius apud Zanchinum cap. 36.*

Tametſi uero antea multum dubitaretur, an Iudæi *& alii infideles iudicum fidei iuriſdictioni ſubiicerentur, at hodie ea lis omnino ceſſat. nam Santiſsimus Dominus noster Gregorius xiii. reſcripto quodam incipiente.* Antiqua Iudęorum perfidia. *luculenetr conſtituit in quot & quibus caſibus Inquiſitorum poteſtati ſubiiciantur.*

Id reſcriptum habetur inter litteras Apoſtolicas pro officio ſanctæ Inquiſitionis in fine Directorii Inquiſitorum.

IVDEX ET IVDICARE.

1 IVdex exiſtens extra prouinciam ſuam non poteſt excõmunicare nec abſoluere, quæ requirunt cauſæ cognitionem, ſed poteſt cõmittere cauſas in prouincia, quod bene nota. Ad hoc eſt text. in ca. nouit. de offic. delega. & eſt ibi gloſ. ad hoc ſingularis. Confirmat Panor. ibidem.

2 Iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata, & non ſecundum conſcientiam, ut in cap. 1. de offic. ord. in gloſ. 3. circa medium, & glo. in uerbo, tenentur, c. paſtoralis. de offi. deleg. Idem dicit B. Thomas, in 2. 2. quæſtio. 67. art. 2.

3 Iudex dicitur illud poſſe quod honeſte poteſt. 22. quæſt. 2. faciat homo. & ff. de condi. inſti. filius. & l. nepos. de uerb. ſignifi. Et illud dicimur poſſe quod de iure poſſumus. in Clem. ſæpe. de uerb. ſigni. in uerbo, poterit. iuncta glo. de præben. cap. ſignificatum. de uot. redẽpt. magnæ. de elect. cum non liceat. lib. 6. hæc dominus Card. Zab. in dicta Clem. ſæpe. nono notabili.

Iudex

4 Iudex ſeu Inquiſitor generalis, ſi nō ſeruauit ordinē Inquiſitionis, prudenter & caute ſe corrigere debet: nā etſi in aliquo errauit, nō debet ſpōte fateri errorē ſuū, ne vileſcat eius auctoritas, nec tñ dēt defendere errorē ſuū, ſeu in eo perſeuerare, ſed debet cautius & prudētius q̄ pōt ſe corrigere. hæc in c. qualiter & quando. de accuſ. el primo. Et Panor. ibidem. Et hoc eſt quia male principato aliquo negotio, non poteſt inde aliquid ordinabiliter ſequi, ut eſt ibi text. Sed magnæ ſapientiæ eſt hominē corrigere quod male locutus eſt. 22. quæſt. 3. magnæ. Quod nota cōtra illos qui nolentes pertinaciter defendere unum errorem, incidunt in infinita inconuenientia. hæc Panor. vbi ſupra.

5 Iudex debet tamen labore ne uileſcat eius auctoritas, immo auctoritatem dignitatis debet ſuo ingenio augere. l. obſeruandum. in fi. ff. de offi. præſid. Facit ad hoc text. in cap. qualiter & quando. el primo. de accuſ. Ad idem eſt Panor. ibidem, in quarto notabili.

6 De eo autem quod dicit glo. 1. in dicto cap. qualiter & quando. qualiter intelligatur, uidelicet, quod generalis Inquiſitor, ſeu generalis delegatus, poteſt corrigere ſententiam ſuam etiam diffinitiuā, ſi errauit in iudicando, uide bene totam gloſſam illam, & uide quod dicit Panorm. ſuper dicta glo. ubi ponit pulchram diſtinctionem, dicens, quod aut quis errauit in iudicio, aut extra iudicium: & ſi in iudicio, aut quis errauit in proceſſu, aut in ſententia. Et quia materia eſt prolixa, ideo eam dimitto. uide eam ibi, & bene conſidera, quia deſeruit ad multa.

7 Iudex eccleſiaſticus poteſt inhibere iudici ſæculari ne procedat in cauſa dependente ex cauſa, quæ oritur coram ipſo iudice eccleſiaſtico. cap. tuam. de ordi. cogni. Et Panor. ibidem in prin. Et Corſetus in ſuo repertorio, in verbo, inhibitoria 2.

Et hoc facit bene ad propoſitum, quod Inquiſitor poteſt inhibere iudici ſæculari, ne procedat cōtra aliquam perſonam uigore proceſſuum ipſius Inquiſitoris, uel occaſione alicuius confeſſionis factæ coram ipſo Inquiſitore, quod bene nota & tene menti.

ANNOTATIONES.

7 Iudex eccleſiaſticus poteſt inhibere iudici ſæculari, &c.] *Inquiſitor hæreticæ prauitatis ratione ſui officii latiſſimam habet poteſtatem, & in cauſa fidei poteſt contra quoslibet (paucis quibuſdam exceptis) procedere, etiam ſi delinquentes laici ſint, quia ratione criminis eccleſiaſtici ei ſubiiciuntur. capitulo licet. gloſſa in uerbo, vacante imperio. extra de foro compet. & Oldradus conſilio octuageſimoſexto incipien. Quæritur. & propterea recte poterit in cauſis ad iudicium ſuum pertinentibus inhibere iudici ſæculari, ne procedat. ad-*

dat. adde Ioannem Roiam ſingul. 108. incipien. Index eccleſiaſticus.

IVRISDICTIO.

1 Iuriſdictio delegata dignior eſt ordinaria propter reuerentiam delegãtis, ut dicit Panormit. in cap. ſuper quęſtionum. de offi. deleg. in §. ſi uero. verſ. ultimo not. Et ideo ut dicit Gemi. poſt Io. And. in cap. per hoc. de hæret. lib. 6. iuriſdictio ſeu auctoritas Inquiſitoris eſt maior, nobilior, & fortior, quã auctoritas ſeu iuriſdictio Ordinarij. & ex hoc infert ipſe Panor. quòd ſi contingeret appellari ab Epiſcopo & Inquiſitore ſimul procedentibus, non eſt appellandum ad metropolitanũ Epiſcopi, ſed potius ad ipſum Papam. hæc Panor. ubi ſupra.

ANNOTATIONES.

1 Iuriſdictio delegata, &c. & ideo iuriſdictio ſeu auctoritas Inquiſitoris eſt maior.] *quamquam hæreticæ prauitatis Inquiſitores in cauſa ſibi commiſſa maiorem auctoritatem habeant, quam ordinarii ſeu Epiſcopi locorum, non tamẽ decet epiſcopos, contemnere, immo multum illis deferendum eſt, & quoad honoris prærogatiuam, & quoad alia quæ inconſultis illis tranſigere non uidetur honeſtum.*

LITIS CONTESTATIO.

1 Litis conteſtatio & libelli oblatio non exiguntur in cauſa hæreſis, nã in cauſis ſummarijs, in quibus proceditur de plano & ſine figura iudicij. ut in negotio Inquiſitionis hæreticæ prauitatis, per cap. fin. eod. tit. lib. 6. non exiguntur prædicta, ut dicitur in Clem. ſæpe. de uerbo. ſignifi. in prin. Sequitur ergo, quod in prædicta cauſa hæreſis non requirantur libelli oblatio, & litis conteſtatio.

Eſt autem litis conteſtatio, negotij principalis hinc inde apud iudicẽ facta narratio, & ſubſecuta reſponſio, ſiue negando, ſeu confitẽdo, ut habetur de lit. conteſt. c. vnico. iuncta glo. ibi; eſt autem.

ANNOTATIONES.

1 Litis conteſtatio, & libelli oblatio non exiguntur in cauſa hæreſis.] *Idem ſcribunt Loduicus Carrerius tract. de hæret. Simancas, & alii quos refert & ſequitur Ioan. Roias in ſingularibus fidei, ſingul. 125. incip. litis conteſtatio. Litis autem conteſtatio in aliis quoque criminibus enormibus non exigitur, vt*

tur,ut ait Archidiaconus in cap. 1. de homicid. lib.6. quem refert Hippolytus Marſilius in pract.crim.§.diligenter,num.158.id quod obſeruatione dignum eſſe cenſeo.

LOCVS IVDICII.

1 LOcus iudicij exercendi debet eſſe ſecurus omnibus qui ſunt uenturi ad iudicium,aliter licite poteſt appellari,vt in cap.ex parte, el 1.de appellatio. Ad idem eſt Panormit. ibidem. Facit ad hoc cap. ſtatuimus. de offic. delega. lib.6.&gloſ.in uerbo,Secure,ca. ſtatutum, de reſcript. eod. lib.6.

2 Imo,vt dicit Panor.in dicto cap.ex parte, in ſ. vnum præ cæteris eſt tenendum menti,quòd ubicunque notorium eſt,locum non eſſe tutum, nedum poteſt incontinenti appellari,ſed etiam poteſt pars citata appellationem omittere, & de citatione nihil curare: quia ex quo citatio eſt notorie iniuſta, non arctat citatum, ut eleganter probatur in Clem.paſtoralis,de re iudi.§.Piſana, iuncta glo.

3 Locus debet eſſe ſecurus non ſolum partibus,ſed etiam iudici uel Inquiſitori, ut dicto c.ſtatuimus,& debet etiam eſſe idoneus, quia non in taberna vel in loco inhoneſto debet id expediri,hæc in gloſ. in uerb. ſecurum, dicti c.ſtatuimus.

ANNOTATIONES.

1 Locus iudicii exercendi debet eſſe ſecurus,&c.] *Hoc ſecundum naturam eſt; & niſi loci ſecuritas eſſet, facile de iniquitate iudicij præſumeretur & partes grauari cenſerentur.*

2 Immo ut dicit Panor.&c. Sed etiam poteſt pars citata appellationem omittere,&c.] *recte tamen facit ſic citatus ſi de iſtis proteſtetur, videlicet ideo ſe non parere citationi, quia locus non eſt ſecurus, & faciat de hoc conſtare, ne ſibi præiudicetur.*

MALA FIDES.

1 MAla fides alicuius deprehenditur per verba, quãdo ſcilicet aliquis quomodolibet profert aliqua uerba contra fidem Catholicam, 43.diſt.ſit rector 93.diſt.legimus,cum ſimilibus, 5.q.4.in loco,hæc ex conſi.2.Ioan.Calder.tit.de hæreticis.

ANNOTATIONES.

1 Mala fides alicuius deprehenditur per uerba.] *Quot modis mala fides alicuius, aut hæreſis. deprehendatur per uerba, docet Arnaldus Albertinus tract. de agnoſcen. aſſert. quæſtio. 29. numero 8. & multis ſequentibus, & queſt. 3.*

MALE SENTIRE DE SACRAMENTIS.

1 MAle ſentire de ſacramentis, & de articulis fidei, dicitur ille, qui aliter ſentit de eis, quàm Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat, 24. q. 1. hæc eſt fides, vbi eſt glo. notabilis in princip. de Summa Trinita. damnamus, de hæret. cap. ad abolendam, hæc ex dicto conſilio ſecundo, Ioan. Calderini.

ANNOTATIONES.

1 Male ſentire de ſacramentis, & articulis fidei, dicitur ille, &c.] *Ex quibus autem factis aliquis de ſacrametis Eccleſiæ & articulis fidei male ſentire præſumatur, docet Zanchinus tract. de hæret. cap. 7. & cap. 35. & nos diximus copioſè in Directorio Inquiſitorum, par. 3 num. 109. tit. de ſignis & indiciis, quibus diuerſarum ſectarum hæretici cognoſci poſſint.*

MATRIMONIVM CONTRAHENS.

1 MAtrimonium contrahens cum vna per verba de præſenti, & poſtea illa viuente contrahit propria auctoritate cum alia, facit contra ſacramentum matrimonii, & ideo Inquiſitor hæreticæ prauitatis poteſt inquirere contra talem qualiter ſentiat de ſacramento matrimonii. Et dicit Lapus, quòd ſic fuit conſultum, & credit quòd bene, ſecundum eum. Et pro iſta deciſione facit textus in §. cum verò, cap. accuſatus, de hæret. lib. 6. ubi hæreticus dicitur, qui committit in uno ex ſacramentis Eccleſiæ, ſed iſte facit contra ſacramentum matrimonii, quod habet de ſui ſubſtantia vt retineat vitam indiuiduam cum qua contraxit, ut in c. fi. de cōdit. appo. contrahendo ergo cum duabus viuentibus, committit in illud ſacramentum. Hæc Gemi. in d. c. accuſatus, §. ſane. Confirmat hoc Fel. in d. c. ad abolendam, in principio.

2 Quidam profeſſus in quadam religione, exiuit ordinem, & duxit uxorem; ſi cōtraxit cum illa palam, præſumitur errare in fide, & ſic Inquiſitor

ſitor hęreticæ prauitatis poterit procedere contra eum, & inquirere de fide & ſacramentis. Si autem contraxit clandeſtinè, non præſumitur errare in fide, & ſic Inquiſitor non poterit procedere contra eum. hęc Panormit. in c. de homine, de celeb. Miſſ. & hoc bene nota. Confirmat Felinus in dicto c. ad abolendam, in principio, allegat Bal. & dicit poſſe procedi contra talem profeſſum ducentem uxorem, dummodo pertinaciter teneat ſe non erraſſe.

3 Nota quòd Panormit. in glo. 1. ſuper d. c. ad abolendam. dicit, quòd in ſpectantibus ad fidem, debemus ſequi & tenere quod ſeruat Romana Eccleſia, in aliis autem non tenemur ſequi conſuetudinem Eccleſiæ niſi mandet eſſe ſeruandum. Ad idem eſt quod dicit idem Panor. in c. paſtoralis. de offi. ord. in col. 4. in princ.

ANNOTATIONES.

1 Matrimonium cõtrahens cum una per uerba de præſenti, &c. & ideo Inquiſitor hæreticæ prauitatis poteſt inquirere cõtra eum.] *Hoc iure vtimur in ſacro Inquiſitionis prætorio, vt qui binas, uel plures nuptias uxorum, maritorum ſimul uiuentium contrahit, per Inquiſitores hæreticæ prauitatis puniatur; de quo articulo copioſè ſcribit Arnaldus Albertinus tract. de agnoſcen. aſſert. quæſt. 73. Repertorium Inquiſitorum, uerbo, contrahens. Simancas de Cathol. inſtit. tit. 40. de matrimonio, & Canoniſtæ in cap. accuſatus, §. ſane. de hæret. lib. 6.*

2 Quidam profeſſus, &c. ſi contraxit cum illa palam, præſumitur errare in fide, &c.] *Hanc diſtinctionem & ſententiam de contrahente clam, aut palam acceperunt fere omnes Doctores à Iacobo Butrigario in l. nemo, C. de Summa Trinit. uerius tamen eſt, ut ſiue clam, ſiue palam monachus contrahat matrimonium, præſumatur errare in fide, & Inquiſitori hæreticæ prauitatis in utroque caſu ſupponatur; quod ipſum locum habet in clericis conſtitutis in ſacris ordinibus matrimonium contrahentibus, ut recte docuit Simancas de Cathol. inſtit. tit. 40. nu. 8. & ſeq.*

MINOR XXV. ANNIS.

1 MInor xxv. annis nõ habet perſonam ſtandi in iudicio, ut l. clarum. C. de auct. tutor. & ibi not. in tantũ, quòd dicit ibi Cynus, & alii, quòd etiam ſi ſponte confitetur, talis confeſſio non obeſſet minori ſponte cõfitenti delictũ, quod tene menti, ne erres, & ne proceſſus tui poſtea poſſint irritari, vide ad hoc Bart. in l. fi. §. pupillus, ff. de uerb. obli. ubi tenet, quòd minor non poteſt reſpondere ſine curatore, & ideo quãdo habes talem minorem in fortia tua pro aliquo delicto, des ei curatorem, ante quam

tequam recipias eius reſponſionem. Et Salicetus dicit in l. 1. de confeſſis, quod iudex criminum recipiat cautelam, ut ad videndum iurare minorē faciat adeſſe curatorem. hæc Angel. in lib. maleſi. clauſula, Comparuerūt Inquiſiti, & confitentur totum. col. 4. ibi: Necnon ſis cautus. vbi uide etiā additionem ſequentem.

2 Si minor confitetur in tormentis ſine auctoritate curatoris, talis confeſſio ualet. ff. ad Sillan. l. excuſantur. §. fi. & ff. de re milit. l. nō omnis. §. a Barbaris. tamen ſecundum Bald. in l. 1. C. de confeſ. in repetitione dicit, ꝙ ante torturam debet habere curatorem, qui pro ipſo alleget, antequā iudex pronuntiet ipſum eſſe torquendum, ſed non debet curator interuenire in actu torturæ & confeſſionis: & ſi non habet curatorem, iudex debet ſupplere conuocando conſanguineos. Idem dicit Bal. in tit. de pace iuramen. firman. in §. item ſacram. hæc dominus Paris. in lib. de ſyndi. c. incipiente: Officialis poſuit ad cordam, verſi. an confeſſio adulti.

ANNOTATIONES.

1 Minor xxv. annis non habet perſonam ſtandi in iudicio, &c.] *De curatore minoribus xxv. dando in ſacro Inquiſitionis tribunali apud Inquiſitores Hiſpaniæ Madriliana quadam inſtructione anno Domini* 1561. *c.* 24. *ita ſancitum eſt:* Si reus fuerit minor vigintiquinque annis, priuſquam accuſationi reſpondeat, ſibi dabitur curator, cuius auctoritate ratificabit confeſſiones factas, & formabitur totus proceſſus. Sed curator non ſit ex officialibus ſancti officij, & poteſt eſſe aduocatus eius, uel quælibet alia perſona grauis, fidelis & bonæ conſcientiæ, *hæc ibi.*

Si quid vero cum minoribus geſtum ſit abſque horum curatorum auctoritate id ipſo iure irritum eſt, & nullum. l. clarum. C. de auctorit. præſtan. Corneus conſi. 198. *lib.* 4. *Matthæus de Afflictis deciſione* 207. *incipien. Minor adultus, eleganter & copioſè Antonius Gomezius tomo* 3. *uariar. reſolut. c.* 1. *nu.* 64. *& Simancas de Catho. inſtit. tit.* 29. *num.* 60. *Ex his accipient lumen declarationis ea, quæ hoc loco docet Auctor.*

MODVS PROCEDENDI CONTRA MORTVOS.

1 Modum formandi Inquiſitionem contra defunctos ponit Angel. in lib. maleſi. clauſula, che hai tradito la patria, col. 5. §. & benę aduertas, quòd tales, ibi: & fiet iſto modo.

ANNOTATIONES.

1 Modum formandi Inquiſitionem contra defunctos.] *Quomodo procedatur*

cedatur in cauſa hæreſis contra mortuos,contra quos procedi poßit,quanto tempore duret hæc actio procedendi contra eos, & cætera huc ſpectantia copioſe oſtendimus in Directorio Inquiſit.parte 3. ſuper quæſt. 43. adde Simancam de Cathol.inſtit.tit.18.de defunctis.& Repertorium Inquiſit.verbo,defunctus.

MONITIO IVDICIS.

1 Monitio, ſeu requiſitio iudicis facta præſentia partis habet uim peremptorij. Confirmat Angel.in lib.malefic.clauſula. Qui iudex commiſit præconi in principio.quod intellige dummodo fiat apud acta, hoc eſt,iudice ſedente pro tribunali. ita declarat Salicetus in l.2.C. quomodo & quando iud.pro quo adduci poteſt glo. in l.cum precum. C.de libera. ca. vbi dicitur, quod actus non dicitur factus coram iudice, niſi eo ſedēte pro tribunali. Et Feli.dixit in cap.fi. de confeſ. Amplia ut etiā habeat locum in monitione delegati. Amplia iterum idem ſi nuncius citat in præſentia iudicis,quia illa habetur pro perēptorio.hoc voluit Bal. in dicta l.2.hoc tenet Anto.in cap.1.de libel.oblat.

Subdunt moderni, quòd monitus a iudice non comparens eſt uerus contumax,& ideo non poteſt appellare,& allegant ca. ſuper eo. el 2.de appella.ubi dicunt,quod aſſignatio termini facta per iudicem eſt peremtoria.hæc idem Feli.in c.conſuluit.de offi.deleg.in glo.in uerb. terminū peremptorium.in fine.Facit ad hoc Panor.ibidem.

ANNOTATIONES.

1 Monitio ſeu requiſitio iudicis facta in præſentia partis habet uim peremptorij.] *Ratio cur monitio iudicis habeat uim peremptorii facta reo præſenti, traditur per Antonium Butrium in cap.1.de libel.oblat.num.16.verſi.nota bene hoc dictum.adde textum in cap.petitionem.cū ibi notatis,extra de accuſat.*

MORTVI HÆRETICI.

1 Mortui hæretici poſſunt excommunicari,24.quæſt.2.c.fi.de ſen.ex communi.à nobis.el 2.ubi eſt glo.notabilis ad hoc in uerbo,Mortuos.

Et poſſunt hæretici accuſari poſt mortē,ut in cap.filii.eo.tit. lib.6.& glo.notabilis in cap.Si quis Epiſcopus.eod.tit.in uerbo,poſt mortem.in fine. Et gloſ.24. quæſt. 2. in ſumma hoc limitat, dicens quod leges non permittunt aliquem accuſari poſt mortem niſi propter bona tantum.Facit ad hoc textus in cap.accuſatus.de hęret.lib.6.§.in eo uero.Ad idē eſt gloſ.

glo.in uerbo hęretici.cap.1.de præſcript.lib.6.Et hoc uſque ad quadraginta annos, ut dicit gl.in uerbo, poſt mortẽ, dicto §.in eo uero. Facit ad hoc dicta glo.in verbo, mortuos, dicti cap.a nobis.el 2.de ſent.excom.

2 Mortui excommunicatĩ poſſunt abſolui poſt mortẽ, in cap. prædicto. a nobis.ubi glo.ſingularis in uerbo. Relaxatur. quam bene nota, ubi Panor.hoc confirmat rationem adducens.

ANNOTATIONES.

1 Mortui hęretici poſſunt excommunicari.] *Hæreticos poſt mortem poſse excommunicari profitentur gl.& communiter Canoniſtæ in c. ſi quis epiſcopus. extra de hæret.ubi hoc ſpeciale eſse aiunt in tanti criminis deteſtationem.*

Sed reuera hæretici cum primum incidunt in hæreſim, excommunicati ſunt ipſo iure, cap. excommunicamus. 1.& 2.extra de hæret. quare ſi moriantur iam excommunicati diſcedunt, nec amplius excommunicari poſſunt.

Cæterum ſi quis Doctores ita loquentes tueri uelit, dicat eos hoc uoluiſse, poſt mortem poſse hæreticos excommunicari, ideſt excommunicatos declarari.

Ibid. Et poſſunt hæretici accuſari poſt mortem.] *Hoc eſt ſpeciale in deteſtationem hęreſis, ut morte non extiguatur eius accuſatio. ſicut in aliis delictis communiter ſolet contingere, ut recte docet Ioannes Roias ſingul.134. incipien. Morte delinquentium. ſed quanto tempore duret hæc actio contra hæreticos defunctos, & cętera ad eam rem ſpectantia copioſe explicuimus in Directorio Inquiſito. parte 3. ſuper quaſt.43.*

NOBILIS.

1 Nobilis magis punitur pœna ſpirituali uel pecuniaria quam ignobilis, diues quam pauper, in dignitate cõſtitutus quam priuatus. 41. diſt.homo Chriſtianus, 11.quæſt.3.præcipue.& ſi contrariũ inueniatur, ſpeciale eſt, ut ſi deferatur dignitati.de offic.deleg.cap.Sane.Sed ex quo perſeuerat in malitia, grauius puniatur quam alius, d.cap.pręcipue.Si autem agitur de pœna corporali, tunc magis punitur ignobilis quam nobilis, pauper quam diues: & ſi contrarium inueniatur, ſpeciale eſt. hæc dominus Card.Zabar.ſuper Clem.1.de hæret.§. verum quia. 13. notabili. Facit optime ad hoc glo.ſingularis in cap.cũ quidam.de iureiur.in fine.

2 Sed nota ad hoc, quod cum proceditur ad correctionem peccati, non eſt facienda diſtinctio inter magnum & paruum, de iudi.ca.nouit.& Panor.ibidẽ, col.2.in modo tamen corrigendi & puniendi, & in generibus pœnarum, bene fit differentia, ut notat Panor.ibidem, & notatur in cap. qui con-

qui contra pacem.24.quæſt.1.ubi bonus textus cum glo. Facit c. ſane.2.de offi.deleg.& cap.2.eo.tit.lib.6.

ANNOTATIONES.

1 Nobilis magis punitur pœna ſpirituali uel pecuniaria, quam ignobilis.] *Quæ hoc loco tradit auctor, communiter annotari ſolent per doctores, in l. nemo.C.de ſum.trinit.& fide catho.*

Iam nobiles in fide errantes magis eſſe puniendos quam ignobiles recte docuit Tiraquellus tract.de pœnis temperan.aut remittendis, cauſa 31.nu.25.de quo ſcripſi copioſius in cap.grauem.de pœnis.relato in Directorio Inquiſitorum, parte 2.quia nobiliorum delicta grauiora ſunt.& hanc ſententiam non obſcure probant verſus illi.

Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur.

NOMINA ACCVSATORVM, VEL TESTIVM.

1 NOmina accuſantium prauitatem hæreticam, uel teſtificantium, ſeu deponentium ſuper eam, nullatenus publicentur, propter ſcandalũ vel periculum quod ex tali publicatione ſequi poſſet, & adhibeatur dictis teſtiũ nihilominus plena fides, ut habetur in priuilegio Inn. iiij.q incipit: Cum negotium fidei. cuius Bulla plumbea eſt Comi. idem habetur in cap.fi.de hæreticis.lib.6.§.iubemus.ubi Gemi.dicit, nota quod in cauſa hæreſis adhibetur plena fides teſtibus, licet nõ ſint publicata ipſorũ nomina partibus. Confirmat Panor.in c.præterea.de ſponſ.el 2.in fi.

2 Quod autem immineat periculum, ſi teſtium nomina publicentur, relinquitur conſcientiæ Inquiſitorum uel Epiſcoporum, ut in dicto cap.fi. §.cęterũ.vbi Gemi.notat caſum in quo actus relinquitur conſcientię iudicentis.Facit ad hoc glo.in Clem.1.de iure patro.in uerbo, Oneramus. & gloſ.in uerbo, Relinquatur.cap.ſtatutum.de reſcript.lib.6.& quod dicit Gemi.ibidem.nec ex hoc poteſt quis appellare, ut in dicta Clem.1.de iureiuran.& dicta glo.uerbo, Relinquatur.

3 Quale periculum timeatur, notatur iu glo.in uerbo, periculum. dicti cap.fi.ubi dicitur de periculo, quando timetur mors, vel detrũcatio ipſorum, uel filiorum, uel parentum ſuorum, uel deuaſtatio ſubſtantiæ ipſorum uel ſimilia.

Et nota quod quis timetur quod noceat, uel propter potentiam pecuniæ, uel propter potentiam eius familiæ, vel propter malignitatẽ eius & conſortum, & hæc ultima ſunt interdum magis periculoſa in uili perſona quam in nobili, quia uilis perſona habebit cõplices, qui nihil habent per

dere niſi perſonam:non ſic autem nobilis & diues.Non ergo intelligitur de quolibet periculo,ſed tantum de eo quod eſt graue iudicio Inquiſitoris,ut dictum eſt ſupra.

4 Et nota, quod nomina deponentium, ſeu accuſantium uel teſtium ideo non publicantur in hoc crimine,cũ in aliis publicentur, quia maior pęna eſt illius qui damnatur iſto crimine,quam illius,qui damnatur aliis criminibus,ideo eſt hoc ſpeciale,quaſi magis propter hoc periculum immineat teſtibus,ſecundum Io.Monachum,uel ſecũdum eum,quia in aliis criminibus regulariter non compelluntur, ſed hic compelluntur ratione fidei uel fauore,de quo remittit,de teſtib.cogen.dilectorum.Ioan.And. hęc Gemin.in dicto cap.fi.de hæret.§.iubemus. 3

ANNOTATIONES.

1 Nomina accuſantium prauitatem hæreticã &c. nullatenus publicetur.] *Hoc ſingulare de non publicandis,ſeu manifeſtandis reo accuſato in ſancto tribunali,teſtium, uel delatorum nominibus, annotant communiter omnes fere Doctores,qui de pœnis hæreticorum tractant,inter quos præcipue ſunt Repertorium Inquiſit.uerbo nomina. Directorium Inquiſit.parte 3.nu.119.tit. de modis ſex tradendi copiam proceſſus delato de hæreſi, ſuppreſſis delatorum nominibus.& eadem 3.parte,quæſt.65. ubi dixi copioſe. Simancas de Cathol.inſtit. tit.64.de teſtibus.nu.27.Ioannes Roias ſingul.140.incipien.*Nomina & dicta *& alii,quos breuitatis ſtudio conſulto omitto.*

2 *Quod autem de nõ publicandis teſtium ſeu accuſantium nominibus dicitur, idem locum habet in cognominibus,ac etiam in quibuſdam aliis circunſtantiis ex quibus poſſet reus deuenire in cognitionem teſtium uel accuſatorum:quales uero ſint hæ circunſtantiæ dixi copioſè in Directorio Inquiſit.3.parte,ſuper dicta quæſt.75.*

NOTARII.

1 NOtarii officii Inquiſitionis hæreticæ prauitatis iurare debent coram Epiſcopo,& Inquiſitore,uel ſubſtitutis ab eis,quod fideliter exercebunt officium ſuum.Clem.1.de hæreticis.§.porro.uerſi. Notarii quoque.nec ſufficit iuramentum quod præſtiterunt in eorum creatione,ſecundum glo.ibidem in uerbo,iurabunt. Idem dicit dominus Card.Zab. in dicto uerſi.notarii. ead.Clem. 2

2 Notarii dicti officii poſſunt recipere ſalariũ ab Inquiſitis, niſi certum ſalarium ſit deputatum propter hoc officiũ Inquiſitionis,ſicut eſt deputatum pro prouidendo cuſtodibus.dicta Cle.1.§.ſane,in gloſ. in uerbo, etiam.

etiam. hæc dominus Card. Zabarel. in dicto §. ſane, verſi. notarij.

ANNOTATIONES.

1 Notarii officii Inquiſitionis, iurare debent, &c. nec ſufficit iuramentũ quod præſtiterunt in eorum creatione, &c.] *Hoc ipſum ſingulare de iuramento notariorum Sanctæ Inquiſitionis, uidelicet, quod non ſufficiat primum illud iuramentum, quod præſtiterunt de uere & fideliter exercendo officio ſuo cum notarii crearentur, ſed quod cum aſſumantur in notarios Sancti Officii iterum iurare debeant de fideliter exercendo notariatus officio, & de ſecreto cuſtodiendo in ſacroſancto tribunali, hoc inquam ſingulare annotant præter gloſsam hic ab Auctore citatam. Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 36. incipien.* Nota quod quamuis. *Camillus Campegius apud Zanchinum c. 9. uerſ. adde inſuper, & Ioannes Roias in ſingularibus fidei, ſingu. 141. incipien.* Notarius quando creatur.

NOTORIVM.

1 NOtorium triplex, ſcilicet, iuris, facti, & præſumptionis. Et quomodo iſta intelligantur, declarat diffuſe Panor. in cap. veſtra. de cohabit. cleri. penul. col. habetur etiam idem ĩ gloſ. in verbo, notorium. dicti cap. veſtra. & ibi ponitur differentia inter famam, manifeſtum, & notoriũ: & quid ſit fama, quid manifeſtum, & quid notorium. Facit etiam gloſ. 2. quæſt. 1. in Summa.

2 In notorijs nõ ſeruatur ordo iudiciorum. de iureiuran. cap. ad noſtrã. Confirmat Panor. ibidem in Summa, in prin. & vide ad hoc Angel. ĩ lib. maliſic. clauſula, Etiam per modum notorij. item in clauſula 1. col. 3. ibi: prima affirmatiua eſt, quod inquiſitio.

ANNOTATIONES.

1 Notorium eſt triplex, &c.] *De notorio & eius multiplici differentia vide copioſe Salicetum, in l. ea quidem. C. de accuſat. adde Iulium Clarum in pract. crim. quæſt. 9.*

Et in cauſa hæreſis, qui dicantur hæretici notorii, ſeu manifeſti, habetur in cap. ſuper quibuſdam, extra de verborum ſignific. tradit Eymericus in Directorio Inquiſi. parte 2. quæſt. 33. & explicat copioſe Albertinus tract. de agnoſcen. aſſert. quæſt. 29.

NOX.

1 NOx non eſt apta ad hoc, quòd ſententia poſſit ferri in ea, neque alis quis actus iudicialis poteſt expediri in ea iudice pro tribunali ſedente. Panorm. in c. conſuluit, de offi. deleg. ſuper gl. in verbo, tenebras, facit ad hoc text. in §. ſedebunt, in Authen. de iud. de hoc infra in verbo, ſententia, §. 2. 3. & 4.

ANNOTATIONES.

1 Nox non eſt apta ad hoc, quòd ſententia poſſit ferri.] *De hoc latius diſſerit Auctor infra in verbo, ſententia, vt ipſemet indicat hoc loco, in cauſa fidei ſi ſententia de nocte pronunciaretur, valeret; nec fauore fidei ei poſſet opponi, ut alibi dixi copioſius.*

OFFENDENS.

1 OFfendens fidem poteſt puniri ſicut & fautor, vt dicit Ioan. de Imola, in Clem. 2. de hæret. ſuper glo. in verbo, illicitis.

2 Offendens aliquem de familia Inquiſitoris, qui iuerat ad capiendum hæreticum, ſi offendit eum non quidem animo impediendi officium, uel iuuandi hæreticum, ſed propter inimicitias quas habet cum eo, vel ob aliam cauſam, nō poteſt dici quòd impediat officium pro hoc, quod no. Archid. in c. 2. eod. tit. poterit tamen contra eum procedi tanquam contra turbatorem officij, per ea quæ notat Imo. de offi. deleg. c. 1. in glo. magna, circa principium.

ANNOTATIONES.

2 Offendens aliquem, &c. ſi offendit eum non quidem animo impediendi officium, &c.] *Notabilis eſt hæc diſtinctio, & qualiter ſciri poterit, an offenderit animo impediendi officium necne, cauſæ & circunſtantia praecedentes demonſtrabunt.*

Ad eum vero, qui offendit, ſpectabit dicere in iudicio, ſe non animo impediendi officium offendiſſe.

OFFICIALES.

1 OFficiales Inquiſitoris, videlicet, notarii, nuncii, cuſtodes carcerum, apparitores, & alii neceſſarii ad exequendum officium Inquiſitionis,

nis, debent iurare coram Epiſcopo & Inquiſitore, vel ſubſtitutis ab eis, quòd fideliter ſuum officium exercebunt, vt in Clem. 1. de hæret. §. ſane, ver. notarii quoque, iuncta gl. ibidem in uerbo, perſonis.

ANNOTATIONES.

1 Officiales Inquiſitoris, &c. debent iurare, &c.] *De iuramento officialium ſiue miniſtrorum Sanctæ Inquiſitionis, vide Repertorium Inquiſitorum, uerb. iuramentum. Et Simancam de Cathol. inſtit. tit. 41. de miniſtris.*

ORDO IVRIS.

5 Ordo iuris, qui eſt de ſubſtantia iudiciorum, ſi non ſeruetur, nihil agitur 2. q. 6. §. diffinitiua, & hic habes, quòd caſſato principali, caſſatur, acceſſorium, extra de no. oper. nunc. c. cum ex iniuncto, de accuſat. c. ad petitionem. Ad idem de procu. c. auditis, hæc in gl. in uerbo, iuris ordine, c. cum dilectis filiis, de purga. cano.

2 Sunt autem de ſubſtantia iudiciorum, ſecundum Panor. in c. cum I. & A. de ſen. & re iud. col. 2. in fi. & col. 3. in prin. & glo. 2. q. 1. in Summa, ibi, hoc tamen ſcias. citatio, terminis, poſt citationem teſtium receptio, & quod ſententia feratur in ſcriptis loco & tempore congruis, ſeruatis debitis ſolennitatibus: publicatio autem atteſtationum non eſt de ſubſtantia, ut dicit Inno. & allegant Panor. vbi ſupra.

3 Si is de cuius crimine in iudicio conſtat, petit reſtitutionem propter iudiciorum ordinem non ſeruatum, non eſt audiendus, ſed eum tanquam notorium crimínoſum debet ſuperior de nouo priuare, & eſt caſus valde notabilis, ut dicit Panor. in c. ad petitionem, de accuſa. in principio.

ANNOTATIONES.

1 Ordo iuris, qui eſt de ſubſtantia iudiciorum, ſi non ſeruetur nihil agitur.] *Ordo iudiciarius in omnibus fere cauſis plenè ſeruandus eſt, aliter proceſſus redditur nullus, l. prolatam. C. de ſent. & interlocut. om. iud. ſpeciale tamen eſt in cauſis hæret. ex prauitatis, ut celerius expediantur, & ut delicta tam atrocia cito puniantur, ut plenarius ordo iudiciarius non ſeruetur, itaque in eis proceditur ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, cap. vlt. de hære. lib. 6. & tradit plenè Ioannes Roias, in ſingularibus fidei. ſingul. 145. incipien.* Ordo iudiciarius.
Recte tamen admonet hic Auctor, quod nihil agitur cum id omittitur quod eſt de ſubſtantia iudiciorum, quod & in crimine hæreſis uerum eſt: nam ex omiſſione actuum ſubſtantialium, proceſſus etiam in cauſis fidei vitiaretur. vide Repertorium Inquiſitorum, verbo, ordo iudiciarius.

PER-

PERTINAX.

1 Pertinax dicitur ille, qui eſt durus & obſtinatus valde vel impudenter tenens, vt in glo. in verbo, pertinaciter, Clemen. vnica, de Summa Trinitate.

Quomodo autem pertinacia præſumatur in contumacia, uide ſupra in verbo, contumax, §. 5. & dominus Card. Zabar. in Clem. ex graui, de vſuris, §. ſane, dicit pertinaciter, ideſt obſtinata pertinacia, vel pertinaciter, ideſt, cum perſiſtentia incorrigibili, & dicitur pertinax ſecundum Iſidorum qui impudenter tenet propoſitum ſuum, quaſi omnino tenax, ut dicit S. Thom. 2. 2. q. 138. art. 2. in corpore.

ANNOTATIONES.

1 Pertinax dicitur ille, qui eſt durus, &c.] *De hæreticis pertinacibus ſeu impœnitentibus Zanchinus tract. de hæret. cap. 16. Turrecremata in Summa de Eccleſia, lib. 4. par. 2. c. 16. Albertinus tract. de agnoſcen. aſſer. q. 3. Simancas de Cathol. inſtit. tit. 48. de pertinacibus, & alii.*

Et qualiter cum pertinacibus ſit agendum, antequam curiæ ſæculari tradantur, ſeu relinquantur, luculenter explicat Eymericus in Directorio Inquiſitorũ, par. 3. in 9. 10. & 11. modo proceſſum fidei terminandi.

PEONA PECVNIARIA.

1 Poenam pecuniariam non poſſunt imponere Inquiſitores ſuper crimine hæreſis, ſecundum Matthæum, & eſt ratio, ſecundum eũ, quia aut inquiſiti conuincuntur de hæreſi, & tunc omnia eorum bona ſunt confiſcata, eod. tit. c. cum ſecundum leges, aut nõ conuincuntur, & tunc nulla pœna eſt imponenda, vnde nõ eſt tale crimen ex quo poſſit imponi pœna pecuniaria, ſed perſonalis & bonorum confiſcatio, extra eod. cap. excommunicamus, & cap. Ad abolendam, & quaſi per totum: & ſimiliter non eſt tale crimen in quo cum vero hæretico nolente redire, & relapſo, poſſit diſpenſari, vt in cap. accuſatus, eo. tit. lib. 6. & dicto c. excommunicamus, & ideo non poteſt fieri commutatio in pœnã pecuniariam. vt in c. licet, de pœ. hæc dicit Matthæus eſſe uera in hæreticis, ſecus dicit in defenſoribus & fautoribus hæreticorũ, nõ tamen hęreticis, quia poſſunt talibus imponere pęnitentias ut pauperibus dent aliquid de bonis ſuis, uel ad aliud opus pietatis, hæc dominus Card. Zabar. in Clem. 2. de hæret. uerſ. Inquiſitoribus, quæſito ſecundo. Concordat Ioan. de

Imola

Imola dicta Clem.2.ſuper gloſ.in uerbo,illicitis.

1 Sed nota quia quod dictum eſt de pœna pecuniaria non imponenda pro crimine hæreſis, dicit Matthęus procedere regulariter, fallit tamen hæc regula aliquando,quia interdum aliqui proferunt uerba hęreticalia quæ nullam habent excuſationem, & proferunt ludendo,uel iracunde, uel ex fatua ſimplicitate, & tunc talibus taliter delinquentibus poſſunt Inquiſitores imponere pecuniarias pœnas: nam has pœnas imponit Eccleſia.23.diſt.quanquam.de Iudæis.cap.ad liberandam.de rapto.cap.in archiepiſcopatu.cum ſimilibus.

Ad hoc quia Inquiſitores tales ſunt iudices,quod poſſunt hęreticis cõuerſis pœnas mitigare & commutare,extra eo.ut cõmiſſi.lib.6.§.& illorum,hoc etiam confirmatur,quia ſi fautores poſſunt ſic puniri,cap.accuſatus.eod.tit.lib.6.§.ſi uero.ergo & offendentes fidem.Fatetur tamen ꝙ hanc pœnam non inburſabunt,ſed dabitur pauperibus,uel applicabitur officio.Facit quod notatur per Ioan. And. de offi.ord. cap.irrefragabili,§.fi.& cap.dilectus.nec obſtat prædictis iſte textus.quia hic ponitur uerbum,extorqueant,quod ſonat in uitium, & ſic non impedit auferri per uiam licitæ condemnationis.hæc dominus Card.Zaba.in dicta Clem.2.ubi ſupra.Concordat Ioan.de Imola,dict.Clem.2.ubi ſupra.

3 Pœnitentiam iniunctam poſt abiuratam hęreſim ſi non implent hæretici,dicit Matthæus ꝙ debent haberi pro relapſis, & allegat text. Cle.3.eod.tit.in fi.ibi:& ſatisfactionem habuerint.allegat etiam cap.ad abolendã.§.penul.poteſt etiam eis imponi pœna pecuniaria,ſi bona ſeruata ſunt,quod fieri poteſt. c.uergentis. eo.tit.& poteſt erogari in pauperes uel alios pios uſus ad utilitatem officii,hæc Ioan.de Imola.in dict.Clem.3.ſuper gloſ.in uerbo,propagentur.Ibi uide diffuſe.

4 Quam aliam pęnam ultra prædictas poſſunt imponere Inquiſitores, habes ſupra in uerbo Inquiſitores.§.17.ubi habes,quod poſſunt excommunicare,ſuſpendere,& interdicere,ac aliam pœnam arbitrariam imponere.uide ibi diffuſe.

5 Et diuerſæ pęnæ ſunt ſtatutæ, minor debet imponi, de pęnit. diſt.1.pęnæ.50.diſt.ſi quis uolũtate.& cap.ſi qua fœmina.uel locus erit gratificationi,de iure patro.cap.cum autem aduocatus.iuncta gl.2.uel illa quę magis timetur.hæc in glo.in uerbo,Certa.cap.de cauſ.s. de offic. deleg. vbi ad hoc uide Panormita. qui diſtinguit, quod aut diuerſæ & plures pęnæ ſunt editæ a lege pro eodẽ delicto,quia ſingulæ non uidentur ſufficere pro tali delicto,& tunc omnes ſunt imponendæ,ut in cap.fęlicis.de pœnis.lib.6.aut diuerſæ pęnę ſunt inſtitutæ in diuerſis legibus & ſtatutis,& tunc habet locum dictum glo.prædictę, ut minor imponatur, uel quæ magis timetur, uel erit locus gratificationi.

ANNOTATIONES.

1 Pœnam pecuniariam non poſſunt imponere inquiſitores,&c.] *An & quando Inquiſitores poſſint imponere pęnas pecuniarias,docet Eymericus in Directorio Inquiſitorũ,quæſt.103.Zanchinus tract.de hæret.cap.19.& alii quos præcitato loco retuli apud Eymericum,ex quibus intelligetur totus hic locus.*

*Certe Inquiſitores poteſtatem habent imponendæ pœnæ pecuniariæ per extrauagantem quandam Alexandri iiij.incipien.*Super extirpatione.*quæ habetur impreſſa inter litteras Apoſtolicas pro officio Inquiſitionis, in fine Directorii Inquiſitorum.*

3 Pœnitentiam iniunctam poſt abiuratam hæreſim ſi non implent hęretici,dicit Matthæus quod debent haberi pro relapſis.] *Non eſt uera hæc ſententia ſimpliciter accepta,ſed multa capita diſtinguere oportet,ut ueritas intelligatur,ſicut docuimus in Directorio Inquiſitorum parte 3. quæſt.97. quæ omnino videas.*

5 Et ſi diuerſæ pœnæ ſunt ſtatutæ,minor debet imponi.] *De hoc articulo uide omnino Antonium Gomezium,tomo 3.uariarum reſolut.cap.1.nu.38.ver.item quæro.Et Iulium Clarum in pract.crim.quæſt.99.uer.ultimo quæro.*

PRACTICA PROCEDENDI.

1 PRactica eſt optima procedendi in negotio Inquiſitionis, ſecundum dominum Card.Zab.dicentem,quod qui vult tute proſequi, ſic procedat;Si aliquis eſt diffamatus uel ſuſpectus de hæreſi, debet eum citare, & examinare,& ſi confitetur,bene quidem;ſi autem non confitetur,dēt eum in tuto carcere cuſtodire,& poteſt etiam in compedibus ponere, ut in Clem.1.eod.tit.& inquirere: Inquiſitione autem perfecta, aut plene probatum eſt,aut ſemiplene,aut nullo modo:Si plene probatum eſt,omnia bona hæretici ſunt cōfiſcata.eod.tit. vergentis. &c. excommunicamus.& cap.cum ſecundum leges.eo.tit.lib.6.

Et ſi uoluerit redire, debet abiurare hæreſim, quo facto,reſtituentur ei bona,dicto cap.uergentis,in principio,& ponetur in perpetuo carcere ad pœnitentiam : ſed hodie poſſunt inquiſitores hanc pœnam mitigare ſicut eis uidebitur,eod.tit.ut commiſſi.§.& illorum,lib.6. & ſi poſt abiurationem recidiuauerit,vel ſi a principio ad fidē redire noluerit,uel pęnitentiam iniunctam non adimpleuerit, tanquam relapſus tradetur curiæ ſæculari,eod.tit.ad abolendam.& cap.excommunicamus de uerbo ſigniſi.Nouimus.

Si au-

Si autem ſemiplene probata eſt hæreſis, puta per unũ teſtem,uel per grauem infamiam,& ipſe negat,debet ſubijci tormentis.dicta Clem.1.§. duro.nam iſtud crimen grauius eſt crimine læſæ maieſtatis,dicto cap.uergentis.in quo ſubijcitur reus tormentis.C.ad l.Iul.maie.l.3.& l.nullus. fortius ergo in hæreſi.Facit 6.q.1.§.uerum.ubi crimen læſæ maieſtatis æquiparatur ſimoniæ & hæreſi.

Item creditur uni reuelanti inſidias factas eſſe principi, ſeu conſpirationem,& idem de crimine læſæ maieſtatis.79.diſt.ſi quis Papa.& dicto §.uerum.Notat Specul.de teſti.§.reſtat.uerſ.21.aliàs uerſi.hoc tamen fallit.& facit quod idem notat de præſumptio.§.fina.verſ.& idem eſt.

Itẽ in capitalibus & atrocibus aliter ueritas haberi nõ poteſt niſi per tormenta.ff.de quæſt.l.1.& 5.q.5.illi qui.de depoſit.c.1.&crimen hęreſis eſt plus quam capitale.hęc tamen tormẽta humaniter per iudicem tẽperanda ſunt,ut de his dixi in cap.cum in contemplatione.de reg.iur.& ſi per tormẽta cõfitetur,non tamen poſt depoſitionem tormentorũ perſiſtit,non nocet.ff.de confeſ.l.1.§.diuus.ſi autem perſiſtat,puniẽdus eſt, ut proxime dictum eſt.& 2.q.1.nos in quenquam.

Sed ſi confitetur,uel non perſiſtit in confeſſione, ſi de hoc eſt grauiter diffamatus,indicetur ſibi purgatio.de purgat.cano. cap. inter.in qua ſi defecerit,punietur,ut dictum eſt.

Sed ſi ſe purgauerit,& eſt vehemẽter diffamatus, uel ſuſpectus,põt ei imponi tẽporalis pęna.dicto.c.inter.de ꝑſum.litteras, in fi. ſed ſi leuiter eſt ſuſpectus uel diffamatus,nec ꝑtinaciter in errore ꝑſiſtit, nõ punietur tẽporali pęna,ſed põt imponi pęnitẽtia.eo.tit.accuſatus.§.ſi uero.lib.6. Debet tñ ſuſpectus de hæreſi,ſiue leuiter,ſiue uehementer.abiurare hæreſim,in quam ſi poſtea incidit ꝓ relapſo hr̃,ſi ſuſpicio fuit vehemens.dicto cap.accuſatus,in prin.ſi autem ſuſpicio fuit leuis,nõ habetur pro relapſo,licet ſit grauiter puniendus.eod.cap.in principio.uer. ſi autem.

Ex his infert Matthęus contra quoſdam Inquiſitores,qui ab his,cõtra quos ꝓbatum eſt de hęreſi,exigunt pecuniam & proceſſum delẽt,quod facientes incidunt in pœnam.Cle.2.de hæreticis.uerſi.Inquiſitoribus.

Si autem nullo modo probatum eſt de hæreſi, quid iuris,nõ proſequitur Matthæus,nec expedit;quia reus tũc debet abſolui ſine difficultate. de fi.inſtr.c.inter.Hæc omnia dominus Card.Zabar.in Cle. ex graui.de vſur.§.ſane quæſito 22.hanc practicam præciſe ponit etiã Ioan.de Imola ſuper dicta Clem.ex graui.ſuper glo.ultima.

ANNOTATIONES.

1 Practica eſt optima procedendi in negotio Inquiſitionis, &c.] *Practicam procedendi in ſacro Inquiſitionis prætorio inculcatur, & copioſe proſe-*

cutus eſt præ cęteris. Nicolaus Eymericus in Directorio Inquiſitorum parte 3. ſi quid in ea Inquiſitorum vſus non recepit, in commentariis noſtris indicauimus, demonſtrantes vbique quid aut fieri oporteat, aut non conueniat. res ergo hæc inde petenda eſt.

2

PRÆCIPITVR.

1 PRæcipitur omnibus & ſingulis fratribus ordinis Prædicatorum, qui in ſæculo notarij ſeu tabellionatus officiũ habuiſſe & exercuiſſe noſcuntur, & etiam omnibus alijs religioſis quibuſcunque, qui dictum tabellionatus officium in ſæculo habuerunt & exercuerunt, ac etiam omnibus clericis ſæcularibus dictum officium habẽtibus, quatenus ad conſcribendas teſtium depoſitiones, & ad faciendũ omnia quæ in officio Inquiſitionis ad notarij ſeu tabellionis officium pertinent, teneãtur, cum per ipſos Inquiſitores fuerint requiſiti, ut in cap. ut officium. de hęret. §. ad conſcribendas. lib. 6. ubi dicit Gemi. quod iſti tales religioſi neceſſario tenentur parere per uerbum præcipimus. ad hoc, 14. q. 1. quod præcipitur. quod. n. pręcipitur ferendũ eſt, & quod imperatur tolerandũ eſt. 22. q. 1. militare. & exponit Archidiac. ferendum corpore, tolerandum mente. Io. And. Sed aduerte quia ſi quis religioſus fuit notarius in ſæculo, ſed non exercuit officiũ, non debet exercere in religione, & hoc uult hic tex. Io. And. & idem Ioan. de Ligna. hæc Gemi. in dicto §. ad conſcribendas.

2 Pręcipitur Inquiſitoribus ſub interminatione maledictionis æternę, & ſub pœna excommunicationis, quã ipſo facto incurrãt, ne obtentu odij, gratiæ, uel amoris, lucri, aut commodi temporalis contra iuſtitiam, & cõtra conſcientiam ſuam, omittant contra quenquam procedere, vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, ut in Clem. 1. de hære. §. uerũ quia. ubi notandum, ut dicit glo. ibi in uerbo, obtento, quod ubi nõ propter aliquod prædictorum, ſed forte timore, uel propter uitandum ſcãdalum hæc omitterent, non eſt locus pœnæ. Facit ad hoc, quia pro uitando ſcandalo uel periculo, interdum ſuſtinetur aliquod crimen, ut eſt gloſ. in verbo, uenia. diſt. 4. c. denique. Confirmat Io. de Imola, dicens, quod ſi Inquiſitor timore, uel propter uitare ſcandalum, omittit facere quæ in dicta Cle. 1. & dicto §. dicuntur, non incurrit pœnam de qua hic, ſed demũ quando amore, uel odio, uel cauſa lucri, ut ibi dicitur. Facit de præſumptionne. Et nota bene, ut dicit glo. in uerbo, contra conſcientiam, ꝙ ut locum habeat hæc pœna, ultra prędicta requiritur copulatiue, quod faciãt contra iuſtitiam & contra conſcientiã: ſimile habetur de ſent. & re iudi. cũ æterni. lib. 6. hæc Ioan. de Imola, ubi ſupra. Cõfirmat dominus Card. Zabarel. in dicto §. uerum quia. ibi: quinto nota.

Sed Gemi. in c. Inquiſitores. eod. tit. lib. 6. poſt Ioan. And. dicit, ꝙ ſi ex qualitate

qualitate vel pluralitate perſonarum ſuſpectarum de hęreſi, ſi cōtra illas inquiratur, creditur periculum notabile, vel grandis turbatio prouētura, prius eſt conſulendus Papa. facit de tranſac. cap. fin.

3 Pręcipitur Poteſtatibus, dominis temporalibus, & Rectoribus ciuitatū & locorum, quatenus obediant inquiſitoribus circa inueſtigationem, captionem ac cuſtodiam diligentem hæreticorum, & fautorum cū fuerint requiſiti, & quòd tales peſtiferas perſonas ducant uel duci faciant in carcerem Inquiſitorum, vel ad locum vbi voluerint inquiſitores, infra dictorum Poteſtatum & Rectorum diſtrictum ſine mora, eos teneant, donec eorum negotium terminetur, ut eſt text. in c. vt Inquiſitionis, eo. tit. lib. 6. in principio, & ad requiſitionem Inquiſitorum, debent iurare præciſè, attendere inuiolabiliter, & obſeruare, & à ſuis ſubditis facere obſeruari conſtitutiones contra hęreticos & eorum defenſores promulgatas & approbatas, & ſi iurare noluerint, ſint priuati ſuis officiis, ut textus dicit in c. officium, eiſdem tit. & lib. in fine.

4 Præcipitur etiā prædictis Poteſtatibus & Rectoribus ciuitatum & locorum, ut ſibi relictos & condemnatos de hæreſi, ſtatim recipiant indilate, animaduerſione debita puniendos, non obſtāte appellatione, ut in d. c. ut Inquiſitionis, §. ut quæ. de hæreſi.

5 Præcipitur etiam prædictis Poteſtatibus & Rectoribus ac dominis tēporalibus, ne ſe intromittant de crimine hęreſis, aut quouis modo cognoſcant uel iudicent, nec captos liberent ſine licentia Inquiſitorum, uel executionem pro huiuſmodi crimine ſibi ab Inquiſitoribus iniunctā, prout ad eorum ſpectat officium, facere uel implere non detrectent, neque dicto officio Inquiſitionis ſe opponant, aut proceſſum ſeu ſententiam Inquiſitorum directe uel indirecte non impediant: & ſi contra prędicta omnia fecerint, ſunt ipſo facto excommunicati, quam excommunicationem ſi per annum ſuſtinuerint animo pertinaci, uelut hæretici condemnētur, ut dicitur in d. c. vt inquiſitionis, §. prohibemus.

ANNOTATIONES.

1 Præcipitur omnibus & ſingulis fratribus ordinis prædicatorum, qui in ſæculo notarii, &c.] *Idem hoc ſingulare notant Repertorium Inquiſit. uerb. notarius §. nota circa notarios. Eymericus in Directorio Inquiſit. par. 3. q. 19. Ioannes Roias ſing. 133. incipien. Monachi. Campegius apud Zanchinum tract. de hæret. c. 9. uerſ. Adde rurſus, & alij.*

Iam Inquiſitores & Commiſſarii hodie auctoritate cuiuſdam Extrauagantis Pii iiij. incipien. Paſtoralis officii cura. *in quibuſuis fidei cauſis cum uiderint expedire, ex conceſſione Apoſtolica, poſſunt unum uel plures etiam clericos ſæculares, uel quorumuis ordinum regulares, in notarios eligere aſſumere, atque*

 creare,

creare, ea Extrauagans habetur impreſſa inter litteras Apoſtolicas pro officio Sanctæ Inquiſitionis in fine Directorii Inquiſitorum.

2 Præcipitur Inquiſitoribus,&c.ubi notandum, ut dicit gl. ibi in uerbo, obtentum,quod ubi non propter aliquod prædictorum , &c. non eſt locus pœnę.] *Vera eſt hæc ſententia, & diligenter obſeruanda ad tuendos Inquiſitores à tam graui pœna, idem docuit Caietanus in Summa, uerbo, excommunicatio,c.3.quem omnino uideas,ut locum hunc facilius percipias.*

PRAEDICATORES.

1 PRędicatores Fratrum Minorum , & aliorum ordinum poſſunt compeſci ab inquiſitoribus fratrum prędicatorum ne prędicent eo tempore & in eadem terra,quando ipſi inquiſitores pro facto fidei prędicare uelint:& de hoc habes ſupra diffuſè in uerbo,inquiſitores,§.11.

ANNOTATIONES.

1 Prędicatores Fratrum Minorum & aliorum ordinum poſſunt compeſci ab inquiſitoribus Fratrum Prędicatorum ,&c.] *Generaliter hoc verum eſt,ut inquiſitores cū officio Inquiſitionis viderint expedire,ne aliqui prædicet , id poſſint ſub pœna obedientiæ & excommunicationis præcipere, uide Repertorium Inquiſitorum uerbo,prædicare,§.an Inquiſitores, & Ioannem Roiam tracta.de hæret.part.2.tit.de priuilegiis, Inquiſit.nu.425.*

PRÆSIDENTES.

1 PRęſidentes regimini alicuius regni,prouincię,ſiue loci, licet excommunicati,uel de facto tantum, & non de iure iuriſdictionem habentes,ac eorum officiales,ad requiſitionem inquiſitorum hęreticę prauitatis,non ualentium ſine morę diſpendio uel negotii periculo recurſum habere ad ſuperiores, qui legitimę poſſint in locis ipſis iuſtitiam exequi, poſſunt & debenr contra hęreticos,credentes , fautores,receptatores,ac defenſores eorum , iuſtitiam & officium ſuum exercere : nec requirentes tales excommunicatos propter hoc ſententiam excommunicationis incurrunt,ut in c.pręſidentes,eo.tit.lib.6.

ANNOTATIONES.

1 Pręſidentes regimini alicuius regni,&c.licet excommunicati ſint,&c.] *Obſeruant idem hoc ſingulare Ioannes Roias in ſingularibus fidei , ſingul. 59. incipien. Excommunicatus eſt , & Campegius apud Zanchinum tract. de hæret.*

ret. capit. 31. uerſic. ceſſat præterea tertium impedimentum.

Quamuis ergo participantes cum excommunicatis maioris excommunicationis uinculo innodatis, maiorem excommunicationem incurrant, c. nuper. extra de ſent. excommunicat. at fauore fidei iudices hæreticę prauitatis communicantes cum excommunicatis, de quibus agit Auctor hic, non incurrunt minorem excōmunicationem, ut in c. præſidentes, de hęreticis, lib. 6.

PRÆSVMPTIO.

1 PRæſumptio ſeu indicium quandoque ſumitur ex præſenti circa pręteritum, quādoque ex præſenti circa futurum, quandoque ex præterito circa præſens, & quandoque ex præterito circa futurum. hæc in glo. 2. cap. ſcribam. de præſumpt. vbi Panor. dicit, ꝙ quis præſumitur bonus vel malus ſecundum vitam de præterito, vt in cap. monachus vero nouitius. 77. diſt. Ad idem eſt quod dicit Panor. in cap. quanto. eo. tit. in fine.

2 Præſumptionum differentia, ſcilicet inter leuem, vehemētē, & violētā, colligitur ex gloſ. in verbo, vehementem. cap. cum contumacia. de hæreticis. lib. 6. nam propter ſuſpicionem leuem citatur quis vt veniat reſponſurus: ſi contumax eſt, iam dicitur vehementer ſuſpectus, & excōmunicatur, & ſi in ea perſiſtit per annū, iam iſta quæ erat vehemēs præſumptio, tranſit in violentam, vnde ex tunc vt hæreticus condemnetur. Facit ad hoc gloſ. in verbo, vehementem. cap. litteras. de præſumpt. & quod dicit Panor. in cap. quanto. eod. tit.

3 Vna præſumptio præponderat alteri, & elidit eam circa idem factum, vt in gloſ. 1. cap. accedens. de crimi. fal. Ad idem eſt gloſ. in verbo verum cap. litteras. de præſumpt. & Panor. ī dicta gloſ. 1. de crimi. fal. dicit, ꝙ iudex habebit arbitrari ex circunſtantiis, quę pręſumptio ſit fortior.

4 Quando præſumptio ſufficiat ad ſententiam quando ad torturam, & quando ad purgationē indicendā, vel ad ſimiles effectus, non poteſt dari certa doctrina, ſed iudex ex ſuo bono & ęquo iudicio arbitrabitur hoc ex variis coniecturis. hęc Panor. in c. quanto. de pręſum. col. 4. in prin.

5 Nam pręſumptio non eſt aliud quàm quędam ſuſpicio, quę cauſatur in animo iudicis vel cuiuſcunque ex variis coniecturis vel argumētis ſeu indiciis, & ſecundum quod coniecturę vel argumenta ſeu indicia urgent, cauſatur, firmatur, vel augmentatur illa ſuſpicio: Si enim indicia ſeu argumēta eſſent temeraria, vt puta ꝙ fuit viſus clericus loqui cum muliere nulla alia coniectura exiſtente, erit temeraria ſuſpicio ſeu pręſumptio, de qua in cap. inquiſitioni. de ſen. excom. Si vero coniecturę aliquatenus vrgent, puta ꝙ fuit viſus ſępe ſecum in ſecreto loqui & confabulari, & vterque eſt iuuenis, tūc cauſabitur ſuſpicio ſeu pręſumptio probabilis. argu. 81. diſt. clericus ſolus. non tamen iudex eū condemnet de adulterio pro-

pter

pter hoc ſolum, ſed procedat, ut habetur in c. 2. de cohabi. cler. Si autem coniecturæ eſſent magis vrgentes, cauſarent ſuſpicionem ſeu præſumptionem magis vehementē, & tunc iudex procedet ad magis grauia, puta ad purgationem indicendam, ut c. inter. de purga. cano. Quandoque coniecturæ ſunt ſtrictiſſimæ, ita ut uix ipſe reus audeat diffiteri delictum, & tunc cauſatur tanta præſumptio, quòd adducit iudicem ad credulitatem, & fertur ſententia contra eum de ipſo delicto. Ad hoc c. præterea, de teſti. c. afferte, de præſump. & bonus textus in l. ſciant cuncti. C. de prob. canonizata, 2. q. 8. Sciant. vide ad hoc bona exempla per Ioannem And. in addit. ad Spec. tit. de proba. §. videndum, uerſ. 13. hæc omnia ex Panor. in c. quanto, de præſumpt. col. 3. in fin. 1

6 Vltra præſumptionem hominis de qua dictum eſt ſupra in tribus paragraphis ſupra immediate poſitis, reperitur etiam alia differentia præſumptionum, quia alia iuris ſeu legis, alia naturæ, alia loci.

Præſumptionum iuris, alia ſimplex, alia non ſimplex, declarantur omnia iſta per gl. in cap. is qui. de ſponſa. & per Panor. ibidem, & in d. cap. quanto, de præſumpt. 2

7 Præſumitur in dubio pro hæreſi ſaltem ad pœnitentiam ſalutarem imponendam, arg. de præſump. litteras, ſicut, & in aliis tangentibus periculum animæ, de homici. ſignificaſti. 2. hæc dominus Card. Zabar. in Clem. 1. de hæreticis, uerſ. uerum.

8 Leuia ſigna ſufficiunt ad præſumendum aliquem eſſe hæreticum, ut dicit Inno. in c. ſicut, de ſimo. Nam ſuſpicio ſola ſufficit ad hoc quòd procedatur ad Inquiſitionem contra hæreticos, ut dicit Gem. in c. Inquiſitores, eo. tit. lib. 6. imo ex leui argumēto uel indicio inducitur ad ſuſpicionem, ſecundum Panor. in c. tertio loco, de prob. circa fi. & dicitur patere illud. de quo conſtat per præſumptiones, ut dicit Panor. in cap. ad noſtram, de empt. & uendi.

ANNOTATIONES.

1 Præſumptio ſeu indicium quandoque ſumitur, &c.] *Præſumptionum ſeu ſuſpicionum cognitio magnopere neceſſaria eſt Inquiſitoribus, quare præter tradita hic ab auctore. vide inſuper Iacobum Simancam de Catho. inſtit. tit. 50. de præſumptionibus, & Nicolaum Eymericum in Directorio Inquiſi. quæſt. 55. & 56. quibus locis ſcripſimus, ea quæ huic inſtituto magis neceſſaria fore perſpeximus.*

7 Præſumitur in dubio pro hæreſi.] *Non facile cenſeo admittendam hanc propoſitionem, quod ſcilicet in dubio pro hęreſi præſumatur, imo uero contrarium uidetur uerius: nam ſi uerbi gratia reus accuſetur de aliqua propoſitione habente duplicem ſenſum catholicum unum, alterum autem hæreticum, omiſſo*

ſenſu

ſenſu hæretico, catholicus accipiendus eſt fauore rei, dubia enim in meliorem partem interpretari debemus, ita Albertinus tract. de agnoſ. aſſert. quæſt. 34. nu. 48. quem refert & ſequitur Ioannes Roias tract. de haret. parte 1. nu. 201. & ſeq. quibus libenter ſubſcribo.

Non tamen diffiteor poſſe in dubiis quandoque pro hæreſi præſumi, cum is, qui dubiam propoſitionem protulit uel alias ſuſpectus erat, uel de prouincia ſuſpecta & hæreſi infecta, ut dixi in Directorio Inquiſit. parte. 3. ſuper quæſt. 62.

8 Leuia ſigna ſufficiunt ad præſumendũ aliquem eſſe hereticum.] *Neq; hanc ſententiam facile recipiendam putat Iacobus Simancas de Catho. inſtit. tit. 50. de præſumpt. nu. 28. vbi uere iudicio noſtro, concludit, ex leuibus indiciis nullo modo licere ſuſpicari aliquem hæreticum. ab his ergo & ſimilibus locis diligenter eſt cauendum.*

PROBATIO.

1 PRobatio habet ſuos gradus, quia aliquando iudex incipit ſuſpicari, hoc eſt leui argumento inclinare in vnam partem: aliquando incipit opinari, hoc eſt inclinare animum ſuum in vnam partem ratione forti, non tamen ſic quin credat partem contradictoriam fore poſſibilem: aliquando credit ratione forti in tantum ꝙ in nullo dubitat de cõtrario, & iſta eſt plena probatio & naturalis: probãtur iſta, ff. de queſt. l. 1. in prin. Quæ probatio plena eſt, quæ facit iudici plenam fidem, vt notatur. C. de eden. l. procur. ff. de condict. ob tur. cau. l. 1. Facit quod notatur. ff. de proba. l. quinquaginta. hæc Ioan. de Lignano in repetitione ſuper Clem. ſæpe. de uerb. ſignifi. quam ponit Ioan. de Imola in ſi. Facit ad hoc quod dicit Panor. in cap. tertio loco. de proba.

2 Probatio pluſquam ſemiplena eſt quando probatum eſt per vnum teſtem de ueritate & aliud iudiciũ, & tunc famæ perficit: & hoc uoluit Bal. in. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. hæc Angel. in lib. malefic. clau. Comparuerunt Inquiſiti, & negauerunt totum. col. 4. in fine.

3 Probator quis hæreticus ex leui cauſa. C. de hæreticis. l. 2. ſcilicet quantũ ad hoc ut ſuſpectus de hæreſi habeatur, & ut procedatur quaſi cõtra ſuſpectum, ſed non ut condemnetur. hęc in glo. in uerbo, uehementem. c. litteras. de pręſum. Nam ex modica & leui pręſumptione põt procedere contra aliquem in crimine hæreſis, ut dicit Gemi. in c. accuſatus. eod. tit. lib. 6. in principio.

4 Probatur ẽt & deprehenditur quis eſſe hæreticus, qui leui ſaltẽ argumento a iudicio catholicæ religionis & tramite, ſeu a fide catholica. de tegitur deuiare, ut C. eo. l. 2. & ſic iudicia fidem faciunt. arg. ff. ne uis fiat ei qui in poſ. miſſus eſt. Si quis. §. ulti. & de Carbo. edic. Carbonianũ. §. cauſę co-

ſe cognitio. Quicquid enim diſcrepat a fide Chriſtiana, fidei Chriſtianę contrarium eſt, iuxta illud, qui non eſt mecum cōtra me eſt. C. de Iudęis. cęlicolarum, in fi. 24. quæſt. 2. quoniam. in fine. & debet intelligi leue argumentum, ideſt, probabile, &qꝫ de facili apparet, & ſic uocatur leue propter probationē puta, qui nō iurat ſuſpectus eſt ne Vualdenſis ſit. Si ergo nullatenus uult iurare, dicens quod peccatum eſt, uel etiam hoc non exprimens, pro cōuicto habetur, ut cap. excommunicamus itaque. de hęret. §. ſi qui vero ex eis hęc omnia. Hoſtien. in Summa ſua, tit. de hæreticis. §. qualiter deprehendatur quis in hereſi. uerſi. Et quia.

ANNOTATIONES.

1 Probatio habet ſuos gradus &c.] *In crimine hæreſis, quæ & quales probationes requirantur, aut ſufficiant, explicat Simancas de Cathol. inſtit. tit. 51. de probationibus. eum uideto.*

3 Probatur quis hęreticus ex leui cauſa. C. de hęret. l. 2. &c.] *Hæc quoque ſententia, quam tradit auctor in hoc 3. & 4. §. periculoſa eſt, nam hominem quē piam hæreticum iudicare ob leuem hæreſis ſuſpicionem, ſiue ob leuem cauſam, graue quidem & iudicio meo iniquum eſſe uidetur.*

Iam hæc ſententia eo nititur fundamento quod deſumitur ex l. 2. C. de hæret. ubi ita ſcriptum eſt. Hęreticorum autem uocabulo continentur & latis aduerſus eos ſanctionibus ſuccūbere debent, qui uel leui argumentó à iudicio catholicę religionis & tramite decreti fuerint uel deuiare. *Hæc ibi. ex illis uerbis.* qui uel leui argumento: *prædictam ſententiam pepererunt multi noſtri iuris ciuilis & canonici intepretes.*

Cęterum ibi non agitur de leui probatione, ſed eum hæreticum dicit lex, qui uel leui argumento, hoc paululum, uel minimum, uel in vno tantum articulo à fide catholica deuiat.

Atque hic eſt uerus legis intellectus ut colligitur ex Photio in Nono canone tit. 12. cap. 2. ubi de materia præfatæ legis 2. C. de hæret. agens ſcribit ita: Quod eſt hęreticus, & legibus, quę aduerſus hęreticos latę ſunt, ſubiicitur, qui ab orthodoxa fide uel minimum declinat. *hæc ille. Eundem intellectum probat non obſcure textus in l. inconſutilem. §. 4. ubi cum tractaretur de coercendis hæreticis per iudices eccleſiaſticos ſic habet Fredericus Imperator:* Per quos ſi inuenti fuerint à fide catholica ſaltem in articulo deuiare, ac per ipſos, *&c. quare is plane hæreticus eſt habendus, qui uel in uno ſolo Eccleſiæ Catholicæ articulo de fide tenendo, errat, et hoc uult textus in dicta l. 2. C. de hæret. nemo eſt autem hęreticus iudicandus ex leui cauſa, ſiue ex leui argumento, aut indicio, id enim & iuri, & rationi, & æquitati repugnat.*

PROCEDERE.

1 PRocedere ſimpliciter,& de plano,& abſque aduocatorum ac iudiciorũ ſtrepitu,qualiter intelligatur,habetur in Clem. ſępe,de uerb. ſig. & dominus Card.Zabar.tractat omnia iſta diffuſe ibidem,& ſimiliter Io. de Imola in dicta Clem.& ponit in fine quandam repetitionem Ioannis de Ligna.in dicta Clem.ſępe.uide ad hoc gl.in dicta Clem.in uerbo, & figura.et glo.in uerbo,figura.c.fi.de hæret.lib.6.uide etiam et bene pōdera gl.in uerbo,defenſiones.dictæ Cle. ſæpe.ibi.unde nota.uſq; in finem.

2 Procedere ſummarie eſt ꝓcedere remotis ſolennitatibus iuris,ſed receptis plenis ꝓbationibus,qñ agitur de magno ꝑiudicio.Bar.in l.iudices.in 1.opp.C.de iud.et Bertachinus in ſuo repertorio,in dictione,ſumarie.5.

Et ſi cã principalis eſt ſummaria, omnes articuli eius ſunt ſummarii. Bart.ſuper Extrauaganti,ad reprimendum.in uerbo,ſummarie.

3 Procedi poteſt in crimine hereſis contra aliquem, quando ſubeſt infamia uel ſuſpicio contra illum,et eodem modo procedi poteſt propter ſcandalum & tumultum populi.de purga.cano.inter.2.q.5.omnibus.ſecundum Ioan.de Imola.hæc Gemi.in c.ut officium.eo.tit.lib. 6. in prin.

4 Proceſſus Inquiſitoris non poteſt cōfundi neque impediri per proceſſum ordinarii, imo Inquiſitor poteſt libere procedere, ut in priuilegio Clementis Papæ iiij.& Vrbani iiij.quod incipit: Licet ex omnibus.

5 Proceſſus non uitiatur etiam ſi nomina teſtium ſeu deponentium nō publicentur,& copia eorum cum dictis nō tradatur parte tacente.arg.in gl.in uerb.iudiciis.c.fi.de hęr.lib.6.facit maxime ad hoc eo.lib.de accu. c.1.& 2.Gemi.in dicto cap.fi.ſuper dicta gl. dicit,notandum eſſe iſtam glo. quia licet omittatur publicatio nominum parte nō contradicente, ualet proceſſus.

6 Et nota ſecundum Gemi.in dicto c.2.de accuſ.in princ.ꝙ licet de iure certa forma debeat ſeruari in procedendo,ſi tamen non ſeruatur,& pars tacet,ualet proceſſus,de quo per ipſum Gem.in d.c.1.eo.tit. ſuper gl.fi.

6 Procedi quomodo pōteſt contra abſentes,Archid. remittit ad notata 3.q.9.in ſumma,& de dolo & contum.c.ueritatis. ſed in caſu iſto putat, quod ſi conſtat de eorum perfidia,& ſunt cōtra eos ſolennia edicta ꝓpoſita,pronuntiari poterit ſuper crimine,ſed ſi non cōſtat,locus erit Decreto,contumacia.de here.lib.6.& hoc ꝓcedit in citatis,quia ex quo erant præuenti,poterant conueniri,nō obſtante domicilii mutatione.ff.de iuriſd.om.iud.cum quędam puella.de foro compet.propoſuiſti.Si uero nō erant citati,tamē deliquerant ibi, ratione delicti ibi conueniri poſſunt, & ſunt remittendi in auth.ut nulli iudi.§.ſi uero quis comprehenſorum de quo uide in clem.paſtoralis.uerſ.quid ſi primo.de re iudi. & remittit

N Archid.

Archi.ad notata 3.q.6.c.1.extra de rap.c.1.Ad hoc eſt gl.prima cap.ibi enim cauſa.3.q.6.hæc Gemi.in c.ut commiſſi.de hæret.§.& contra illos lib.6.uide de hoc ſupra in uerbo,fugitiuus.§.1.2.& 3.& uerb. Inquiſit. §.24.& 25.ibi uide diffuſe.

8 Si citatus ad ſnīam non comparuit ex legitima cauſa ignorata iudici, tenet ſnīa lata eo abſente, quæ ſentētia non retractatur niſi eo ꝓbante cām legitimam abſentiæ ſuæ:& ſi impedimentū probat nō plene,adhuc non retractatur ſententia,niſi forte ſimul probet de iniquitate ſententię hæc Panormit.in cap.cum Bertoldus,de ſent.& re iudi.in prin.ibi;uel clarius.& in col.4.in fine.& in colum.5.in principio.& colum.8.in fine.

9 Infirmitas dicitur legitima cauſa abſentię,qua probata,debet reuocari quicquid factum eſt contra abſentem.ff.de iudi.ſi prętor.& non quęlibet frebicula,immo nec quartana excuſat, ut dicitur ff. de re iudi. quęſitū.§.1.arg.5.q.3.ſi ægrotans.hęc in gl.in uerbo,infirmitate.ca. querelam.de procur.& de purgatione moræ.uide bonā gloſ.in uerbo,expectari.cap.cupientes.de elect.lib.6.& gl.in cap.mora.de reg.iur.eod. lib. & plene per Bart.in l.ſi quis inſulam.ff.de uerbo.oblig.

10 Cum proceditur contra aliquem abſentem, datur ſingulariſſimus modus conuincendi eum de crimine,ut ſi eſt infamatus uel ſuſpectus de illo crimine, citetur præfixo termino peremptorio ad comparēdum & ad ſe purgandum infra illum terminum,non autem ad comparendum tantū, & tunc ſi non præſtiterit purgationem infra illum terminum,habebitur pro conuicto,quod tene perpetuo menti:nam limitat notata in cap.ueritatis.de dolo & contu. datur etiam alius modus conuincendi abſentē de crimine,vt cōtumax ſuper crimine excommunicetur,& ſi ſteterit per annum in excōicatione,tunc habebitur pro conuicto ſuper illo crimine,& poteſt puniri ac ſi uere fuiſſet confeſſus,ut in cap.rurſus.& in c.quicūq;. 11.q.3.hæc omnia ex Panor.in cap.cum P.de purg.cano.ante glo. Facit optime ad hoc Feli.in c.excōicamus.el 1.de hæret.in 1.col.ibi.Nota in §. qui autem.& ibi datur modus ferendi ſententiam contra contumacem.

11 Si abſentes dederant fideiuſſores,& ipſi abſentes ſint puniendi pœna pecuniaria,puniri poterunt ipſi fideiuſſores,quando principales ſunt abſentes.ff.de cuſto.reo.l.ſi quis.de quo remittit Archid.23.q.5.cum homo.hæc Gemin.in dicto c.ut commiſſi.§.contra illos.

ANNOTATIONES.

1 Procedere ſimpliciter & de plano,&c.] *In crimine autem cur ſimpliciter & de plano procedatur,docet Ioannes Roias in ſingularibus fidei,ſing.145.incipien.Ordo iudiciarius.verſ.ſed ſpeciale eſt.*

2 Proceſſus non uitiatur etiamſi nomina teſtium non publicentur & copia co-

pia eorum cum dictis non tradatur parte tacente.] *Equidem in cauſis hæreticæ prauitatis, fauore fidei etiamſi pars ſiue reus non taceret, immo vero quamuis poſtularet, importuneque inſtaret, vt teſtium ſeu deponentium nomina ſimul cum dictis eorum ſibi ederentur ſeu publicarentur, non eſſent publicanda, nec audiendus is reus, nec propterea vitiaretur proceſſus, vt oſtendimus apud Eymericum in Directorio Inquiſit. part. 3. ſuper quæſt. 75.*

7 Procedi quomodo poteſt contra abſentes, &c.] *Contra abſentes quomodo procedatur, & quot modis poſſit formari proceſſus contra eos, abunde explicuimus in Directorio Inquiſitorum, parte 3. ſuper quæſt. 41. adde Repertorium Inquiſitorum uerbo, abſens, & Simancam de Cathol. inſtitutio. tit. 2. de abſentibus.*

11 Si abſentes dederant fideiuſſores, &c. puniri poterunt ipſi fideiuſſores.] *De fideiuſſoribus in cauſis fidei, an, & quando dari poſſint, & pleraque huc ſpectantia copioſè tradidi apud Eymericum in Directorio Inquiſit. parte 3. ſuper q. 90. adde Antonium Gomezium tomo 3. uariar. reſolut. c. 9. nu. 8. & Iulium Clarum in pract. crimi. quæſt. 47. & Aegidium Boſſium tit. de carcerato fideiuſſoribus committendo.*

PROCVRATOR.

1 PRocurator in cauſa criminali non debet interuenire, neque ad agendum neque ad defendendum, vt dicit gl. 1. in prin. c. veniens. de accu. Confirmat Panor. in d. c. veniens. ibi: nota ſingulariter. & ſuper d. gl. 1. dicit idem Panor. ſi procurator inſtituitur ad totam cauſam, tunc ſi venit imponenda pœna capitis vel mortis, ſecundum omnes, non interuenit procurator, ut in l. 1. ff. de pœnis. Facit ad hoc dictum Bertachini in verbo, procurator in criminalibus, verſ. 8. Confirmatur quia in cauſis, in quibus proceditur ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij, debent refrenari contentiones & iurgia procuratorum, ut in Clem. ſæpe. de verbo. ſigni. in prin. iurgium autem dicitur quaſi iuris garriũ, eo quòd hi qui cauſam dicunt, iure diſceptant, vt in c. forus. de verb. ſignif. Cum ergo in negotio hæreſis procedatur ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij, vt in c. ſi. de hæret. lib. 6. in princ. ſequitur ꝙ in crimine hęreſis non debet interuenire procurator, niſi forte Inquiſitor ex gratia ſpeciali hoc concedat, quod bene nota, & tene menti. Et ſi vis concedere procuratorem, non admittas garrulum & cauillosum, qui quærat impedire tuum proceſſum, ſed admittas virum probum, iuſtitiæ amatorem, ac timentem Deum, & bene doctum, qui tantummodo veritatem inquirat, & qui pecunia, aut odio, vel amore non corrumpatur.

ANNOTATIONES.

1 Procurator in cauſa criminali non debet interuenire,&c.] *An & quando & quomodo in cauſis criminalibus poſsit interuenire procurator, docet copioſè Iulius Clarus in pract. crim. quæſtio. 32. & Ioannes Antonius Rubeus Alexandrinus in tractatu de poteſtate procuratoris & defenſoris in cauſis criminalibus.*

Ibi. Cum ergo in negotio hæreſis procedatur ſimpliciter,&c. ſequitur q̃d in crimine hæreſis non debet interuenire procurator.] *De procuratore in cauſis hæreſis concedendo, uel non, differunt Repertorium Inquiſitor. uerbo, procurator, Simancas in Enchiridio violatæ religionis, tit. 43. de procuratoribus. & de Cathol. inſtit. tit. 52. dixi in Directorio Inquiſit. parte 3. nu. 117. tit. de defenſionibus reorum. in Madriliana inſtitutione an. 1561. c. 35. de eis in cauſa ita cautum extat:* Quamuis inſtructio diſponat dandos eſſe reis procuratores, tamen dari non debent, quia experientia docuit multa incommoda inde ſolere prouenire; & ob modicam utilitatem, quam inde rei conſequebantur, non eſt in uſu, ut amplius dentur; quamquam aliquando ob magnam neceſſitatem ſolet concedi aduocato, ut reos defendat. *hæc ibi. Ex his intelligitur hæc auctoris doctrina.*

PVRGATIO CANONICA.

1 PVrgatio canonica indicenda eſt infamato, vel ſuſpecto de aliquo crimine, quia ſuper modum Inquiſitionis crimen non potuit plene probari, non eſt reus ſimpliciter abſoluendus, ſed ſi remanet infamia vel ſcãdalum, vel vehemens ſuſpicio, poteſt compelli ad ſe purgandum: & ex hoc & ex textu hic nota ſingulariter tria, quorum quodlibet ſufficit ad purgationem indicendam, ut eſt vulgata infamia: graue ſcandalum, quod intelligitur etiam ſine infamia, ut differat a præcedenti: & vehemens ſuſpicio. Et ſufficit quòd ſit vehementer ſuſpectus apud iudicem: & ex hoc nota, quòd uehemens ſuſpicio ſolius iudicis ſufficit ad indicendã purgationem, quod tenet Inno. & ſatis placet Panor. hic, de quo uide bonum textum cum glo. 2. q. 5. omnibus, vide ad hoc etiam bonam gl. in uerbo, ſuſpicione, & gl. ſequentem, in c. excommunicamus. el primo, de hæret. hæc Panor. in c. inter. de purg. cano. in prin. ibi: vlterius nota. uide ad hoc eundem Panor. in c. at ſi clerici. de iudic. col. 2. & in c. tua. de cohab. cleri.

2 Licet numerus compurgatorum ſit arbitrarius, regulariter tamen maior numerus adhibendus eſt in maiori, & minor in minori, quia maiores habent notitiam plurium, & facilius propter potentiam inueniunt compurgatores, minores uero non habent tot notos, nec de facili poſſunt inducere

ducere alios ad ſe purgandum;nam iſti compurgatores ſunt voluntarii, & non poſſunt compelli ſicut alii teſtes,ut notatur in cap.cum dilectus, & cap.cum P.& cap.ex tuarum.de purga. cano.

Et ex prædictis habes modum cognoſcendi an ſuperior in indicenda purgatione excedat modum & arbitrium boni uiri: nam ſi numerus nimis excederetur, poſſet appellari, quia in commiſſis arbitrio appellatur, ſi non facit ut bonus uir,ut in c.1.de dilat.& in c.ſuper his.de accuſ.hæc ex Panor.ſuper gl.3.dicti c.inter.

3 Quod autem numerus compurgatorum ſit arbitrarius,patet;nam aliquando fuerunt deputati duo Abbates,ut in c. cum iuuentute,eo.tit.Aliquando quatuordecim compurgatores,ut in dicto cap.inter.& in cap. 1. eod.tit.dicitur de duodecim;& in cap.ex tuarum, dicitur de ſeptem; eſt ergo arbitrarius iudex numerum compurgatorum conſiderata qualitate perſonæ,criminis,& infamiæ.hæc Panor.in d.c.cum in iuuentute,ibi:vltimo colligitur.

4 Nota plura eſſe requiſita in compurgatoribus,primum eſt,ut debeant iurare ſecundum conſcientiam & opinionem eorum,quòd credant illum uerum iuraſſe,c.quotiens,in fine extra de teſtibus,& c.accepimus,in fin. eod.tit. Secundum eſt,quòd debeant eſſe tolerati ab Eccleſia. Tertium, quòd ſint bonæ famæ.Quartum,quòd non fuerint de criminibus condēnati. Requiritur & quintum, ut habeant notam conuerſationem illius, quem purgare uolunt,ut dicit Panor.in c.conſtitutus,eod.tit. nam compurgatores debent agnoſcere vitam illius,qui eſt purgandus, quia habēt deponere de credulitate ſuper uita & moribus purgandi, ideo non poſſunt deponere niſi habeant notam uitam & mores eius nedum de præſenti,ſed etiam de præterito,& ſint vicini,vt in c.cum dilectus,eod.tit.& etiam debēt eſſe talis honeſtatis & opinionis,quòd ſit ueriſimile eos nolle amore uel odio,ſeu obtentu pecuniæ,deierare,ut in c.cum P.eod.tit.& per Panor.ibidem.

Sed nota quòd poſtquam quis eſt ſemel periurus, amplius non debet admitti ad iuramentum,ut in gl.fi.c.litteras.de præſump.

5 Virum ſententia per quā indicitur purgatio ſit interlocutoria uel diffinitiua,uide Panor.in c.quòd conſulationem, de ſent. & re iud. poſt uerſ. Nota ultimo,ubi ad hoc adducit tres opiniones, & eas concordat dicens, quia ſi ſimpliciter indicitur purgatio, tunc eſt interlocutoria: Si autem fertur ſententia,niſi ſe purgauerit,tunc eſt diffinitiua: ſi etiam iudex pronunciat purgationē non eſſe indicēdā,eſt diffinitiua, hæc Panor.ubi ſup:

6 Qui infamatus eſt de aliquo crimine,& negligit ſe purgare,ſeu uenire ad ſe purgādū,nō habetur pro conuicto,ſed poteſt excōmunicari donec ſe purgauerit, & ſic intelligitur c. excommunicamus, el primo, de hæreticis.§.qui autē. vbi uero terminus peremptorius præfixus eſt ad ſe purgan-

purgandum,tunc ſi infra illum terminum non comparet,& ſe purgat,habetur pro conuicto,ſecundum Inno.hic,pro quo eſt bonus textus 3.q.9. cap.decernimus, hæc Panor.in d. c.cum P. de hoc habes ſupra in uerbo, procedere.§.nono,in fine.

7 Deficiens in purgatione canonica debet puniri perinde ac ſi fuiſſet vere conuictus,vt de hoc, & in c.inſinuatum,de ſim. vbi nota ſingularē ad hoc gl. in uerbo,priues,& c. inter. de purga. cano. & ibi optima gloſ. in verbo,in arctū.& Panor.in d.gl.priues,& gl.in uerbo arctū. Ad idem eſt Panor.in c.at ſi clerici.de iudi. in glo.1.& in c.ad abolendam, de hæreti. ibi:nota vlterius modum:& iterum idē Panor.in c.litteras, de præſumpt. ibi:vltimo nota.& ibi:quæro ſecundo,& in cap.accedens,de accuſa. in 3. notabili,& in d.c.cum P. in ſecundo notabili. Confirmat Felinus in glo. fin.dicti c.inſinuatum.

8 Quid ſi non reperiantur tot purgatores quot deputauit ſeu determinauit Inquiſitor,nunquid iſte debet haberi pro conuicto? Hoſtien.dicit, quòd ſi non poteſt habere,quia de eo teſtes non cōfidunt, ſeu non eſt fides alijs de eo, quòd tunc habetur pro conuicto,& deficiente in purgatione canonica.Aut non reperit,quia pauper eſt ſeu extraneus, ita quòd non habet notos in ciuitate, & in hoc caſu eſt ſibi ſubueniendum arbitrio iudicis,conſiderata qualitate perſonæ,criminis,& infamiæ;& ita cōmuniter tranſeunt Doctores.

Sed tu dic, ꝙ ubi ex iſtis cauſis non poſſunt haberi compurgatores clerici,debet adhiberi laicus, etiam fœminæ ſi non poſſunt haberi uiri, & ſi etiam laici deficerent ex iſta cauſa,tunc credendum eſt ſoli iuramento ipſius,vt eſt gl.notabilis,in c.cum P.de accu.in uer.cum tribus,& in c.in decima.18.q.2.& in c.cum in iuuentute, de purga. cano. in gl.fin.hæc Panor.in d.c.inter.de purg.canonica.in fine,ibi:extra glo.quæro,vide etiā ad hoc bonam gl.in c.clerici.81.diſt.

9 Ex quo deficiens in purgatione canonica habetur pro conuicto de crimine,&ut conuictus debet puniri perinde ac ſi fuiſſet uere conuictus, ut dictum eſt ſupra eodem uerbo, §. 7.quæritur modo utrum debeat tradi curiæ ſæculari.Panor.dicit,quòd ex glo.finali dicti cap.inter. poſſunt colligi ad hoc duæ ſolutiones:prima eſt,ut deficiens in purgatione in crimine hæreſis numquam tradatur curię ſæculari,quia hæc eſt probatio præſumptiua,& non uera & directa. Secunda ſolutio eſt,quòd ideo non tradatur curiæ ſæculari,quia nolēs redire ad fidem debet recipi, & parcitur ei quo ad mortem. hanc ſolutionem vltimam tenet Hoſtien.& cōmuniter Doctores,& eſt in ſe ueriſſima:nā ſi uere conuictus uel confeſſus pōt redire ad fidem,& non tradi curiæ ſæculari, fortius idem dicendum eſt in conuicto interpretatiue. vnde concludūt Doctores,& maxime Hoſtien. ꝙ ad quamcunque pœnam agatur,deficiens in purgatione debet puniri vt con-

ut cõuictus. Et ex hoc infertur quòd ſi ille aliàs incidiſſet in hæreſim, & nunc ex deficientia in purgatione haberetur pro cõuicto & pro relapſo deberet tradi curiæ ſæculari, ut in cap. accuſatus. eod. tit. lib. 6. quod eſt bene notandum. hæc Panormita. in dicta glo. fina. dicti cap. inter. de purgatione canonica.

10 Nota & bene aduerte, quia pendente cauſa ſuper criminibus coram delegato Papæ purgatio recepta ſuper ipſis criminibus ab ordinario nõ tenet, ut in cap. cum dilectis. eod. tit. in fine. & Panor. ibidem, in prin.

11 Poteſt indici purgatio canonica infamato, ſeu ſuſpecto de aliquo crimine, abſque eo quod terminus ſtatuatur accuſare uolentibus, uel quod præmittatur Inquiſitio ſuper ueritate criminis. hæc Panor. in cap. cum dilectis. eod. tit. in principio. & hoc bene notabis.

12 Ille qui ſe legitime purgauit, præſtita purgatione ſibi indicta, dēt abſolui, & denunciari uir boni teſtimonii, nec poteſt amplius procedi contra eum uigore præcedentium indiciorum; & ſic tollitur infamia ſeu effectus infamiæ facti.

Si autem infamia oriatur de nouo per alia indicia ſuperuenientia, tūc oportebit quod iſta purget. ad hoc c. fi. de colluſ. deteg. & quod notatur in l. 1. & l. repeti. ff. de queſtio. hæc Panorm. in ca. ex tuarum. ibi: Secūdo nota. &c. inter. eo. ti. ibi: Nota effectum purgationis præſtitę. uide ad hoc textum in glo. in cap. habet hoc proprium. 2. q. 4. & gl. in cap. Mennam. in eadem q. & quod dicit Archid. ſuper dicto cap. habet hoc proprium.

ANNOTATIONES.

1 Purgatio canonica indicenda eſt infamato uel ſuſpecto de aliquo crimine, &c.] *Quæ commemorat auctor in hoc titulo de purgatione canonica, iure conſiſtunt. cæterum quantum ad praxim attinet, uidendi omnino mihi uidentur Eymericus in Directorio Inquiſi. parte 3. in 2. modo proceſſum fidei terminãdi, Repertorium Inquiſitorum, uerbo, purgatio. & Simancas de Cathol. Inſtit. tit. 56. de purgatione canonica.*

Occaſione uero eorum, quæ auctor in ultimo §. dicit de effectu canonicæ purgationis, quæri poterat, num ille qui ſe purgauit canonice poſt purgationem præſtitam remaneat inhabilis ad officia: & beneficia quęcunque eccleſiaſtica, an uero libere promoueri poſsit. Sed res eſt late patens, nec noſtræ breuitatis. Vide interim textum ſingularem in cap. illud. 23. diſt. & Hieronymum Gabrielium cõſil. 160. incipien. Purgatio canonica. *eius tamen ſententiæ indiſtincte ſubſcribendum non eſt, ſed multa conſiderare oportet antequam in eam eatur; quæ nos alibi explicauimus.*

RECV-

RECVSATIO INQVISITORIS.

1 RECuſatio Inquiſitoris in cauſa hæreſis licet raro & fere nunquã contingat, tamen quia interdũ fieri poſſet ab aliquo cauillante, & potius proceſſum Inquiſitoris fruſtrare & impedire, quam iuſtitiam & rei ueritatem quærente, ideo aliqua hic breuiter de recuſatione iudicis ponam prout in iure & in Doctoribus inueni.

Notandum ergo ſecundum Panor. in cap. cum ſpeciali, in fi. de appel. quod ſi cauſa recuſationis eſt fruſtratoria euidenter, nõ tenetur iudex eã admittere, ſed debet eam ſpernere. arg. de offi. iudi. cap. 1. & nõ poteſt recuſari iudex ſine cauſa aſſignata & probata, ut dicit Panor. in dicto ca. cũ ſpeciali. in principio. & neceſſe eſt quod talis cã ſit legitima & non friuola, ut dicit idem Panor. in cap. inter monaſterium. de re iudica. in principio, & debet fieri in ſcriptis. de proba. quoniam.

2 Quæ autem dicatur cauſa legitima & ſufficiens, uide Panorm. in dicto cap. cum ſpeciali. ſuper gl. in uerbo, iuſtę ſuſpicionis. ubi hoc declarat diffuſe. vide ad hoc gl. ſingularem., in cap. cauſam quæ. de offic. deleg. & ibi Panor. in prima col. Facit ad hoc cap. cauſam quę inter. de iud. uide etiã duodecim legitimas cauſas recuſandi iudicem poſitas per Ioan. Andr. in cap. legitima. de appel. lib. 6. in Nouella. uide etiam ad hoc glo. 1. in cap. cum ſuper. de offic. deleg.

3 Nota quod exceptio recuſationis contra iudicem eſt dilatoria, & ante litem conteſtatam proponenda: per ingreſſum autẽ iudicij uidetur quis iudicẽ approbare, & exceptioni recuſationis renunciare, ut dicit Panor. in dicto cap. inter monaſterium. in prin. ibi, Nota tertio.

Eſt autem litis conteſtatio principalis negotij hincinde facta narratio, & ſubſecuta reſponſio ſiue negãdo ſiue cõfitendo, ut dicitur ſupra in uerbo, litis cõteſtatio. in fine. & ideo patet, quod per ingreſſum iudicij, ſcilicet reſpondẽdo ad interrogata, & negãdo uel affirmãdo, uidetur quis in cauſa hæreſis Inquiſitorum ut iudicẽ approbare. & exceptioni recuſationis renuntiare: & hoc præcipue ſecundum Panor. ubi ſupra, ſi talis exceptio erat patẽs, ſecus ſi occulta, & ex hoc infert idẽ Panor. ibi, quod ſi quis poſt propoſitam recuſationem corã iudicẽ, litigat ſuper principali corã eo, uidetur illi exceptioni renuntiare. Ad hoc eſt cap. gratum. de offic. de leg. & cap. ſolicitudinem. de appel. Ad hoc optime facit glo. 3. dicti ca. inter monaſterium. & quod dicit Panor. ibi.

4 Sed nunquid proceſſus initus per iudicem recuſatum circa appellationem teneat, Inno. uidetur tenere quod ſic, cum quo tranſire uidetur dominus Antonins. Tandem Panor. recitatis pluribus opinionibus, concludit quòd non tenet, ſi recuſator non comparuit amplius coram iudice recuſato, li-

cuſato, licet citatus fuerit ſuper principali. Si autem comparuerit coram eodē recuſato, & fuerit pſens in pceſſu, tūc pceſſus tenet, quia pars patiēdo iudicē procedere ad ulteriora, videtur renunciare exceptioni renunciationis. Ad hoc pleniſſime Panormit. in dicto cap. cum ſpeciali. Vlterius nota ſecundum Panor. in c. ſuper eo. el 2. de app. in col. 2. recuſatio iudicis & appellatio æquiparantur quoad formalitatem, quia ſicut in appellatione neceſſe eſt, φ cauſa legitima exprimatur & fiat in ſcriptis, ut ſupra patet in uerbo, Appellatio. quarto & quartodecimo notabili, ita & in recuſatione iudicis neceſſe eſt, φ fiat in ſcriptis. de probatio. c. quoniā contra. & exprimatur cauſa legitima, ut ſupra eodem uerbo, §. 1. de materia recuſationis habes in quarto, & quinto capitulis de offi. deleg. li. 6.

ANNOTATIONES.

1 Recuſatio Inquiſitoris in cauſa hæreſis licet raro & fere nūquam contingat, &c.] *Ioannes, Roias in ſingularibus fidei, ſingul. 100. incipien. Inquiſitores non poſſunt. libenter admittit inquiſitores hæreticæ prauitatis recuſari nō poſſe tamquam ſuſpectos. Sed Eymericus & alii quos retuli in Directorio Inquiſit. parte 3. nu. 120. tit. de recuſatione Inquiſitoris, recuſare eos poſſe ingenue* & *uere fatentur.*

Cum ergo recuſantur id mihi omnino ſeruandum uidetur quod Madriliana inſtructio ſanciuit in prætorio Inquiſitionis Hiſpaniæ anno Domini 1561. cap. 52. in hæc uerba: Si aliquis ex Inquiſitorib. ab aliquo reo fuerit recuſatus, ſi Inquiſitor habuerit collegā, qui fuerit præſens, debet tūc a cognitione illius cauſæ abſtinere, & certiorem facere Senatum, & interim collega ſuus procedat. Quod ſi collegam non habeat, ſimiliter faciat Senatum certiorem, & interim non procedat in cauſa, donec uiſis & examinatis cauſis ſuſpicionis, Senatus decernat, quid fieri debeat. atque hoc ipſum fiet cum omnes Inquiſitores fuerint recuſati. *Hæc ibi.*

REDIRE.

1 REdire uolens ad gratiam, debet poſtquam deprehenſus fuerit in hæreſi, continuo & confeſtim ad unitatem Eccleſiæ ſponte recurrere, & errorem ſuum publice abiurare, alioquin debet relinqui iudici ſæculari debita animaduerſione puniendus, ut eſt textus in cap. ad abolendam, eodem tit.

2 Quis dicatur ſponte redire ad gratiam: dicit Archid. quod iſti, qui ueniunt infra tempus gratiæ, licet fuerint muniti: nō enim uidentur coacti, ex quo a nemini ſunt præuenti. Bene facit ff. ad Tertul. l. 1. §. mater. cū ſequen. & idem ſi poſt tempus gratiæ, re integra, quia nec perſonaliter re-

O quiſitus

quiſitus,nec probationes contra eum ſunt receptæ.arg.de præben.ſi tibi abſenti.lib.6.cum concor.

Poſt tēpus uero gratiæ perſonaliter requiſitus,licet ueniat, indignus eſt uenia,licet errore & detegat,C.de his qui lat.occul.l.fi. Ioā.And.hęc Gemin.in c.ut commiſſi.eod.tit.§.necnon. lib.6. ſed Hoſtien. in ſumma ſua,eo.tit.§.qualiter deprehendatur quis in hęreſi.uerſ. aduerte,dicit,ꝙ ſi quis uocatus confitetur errorem ſuum timore probationis,& iudex uidet ipſum contritum,& ſperet de conuerſione ſua,poteſt ei parcere iniūcta pœnitentia ſalutari.Multo fortius hoc facere debet ſi uoluntarius acceſſit ad pœnitentiam:item multo fortius ſi in Inquiſitione certum terminum appoſuerit promittens,quod ſi infra illum terminum ueniret & pœniteret,miſericorditer ſecū ageret:& ſic poteſt intelligi l.quod poſt mortem patris hæretici non publicati,filius ſponte ueniens & pęnitens,hereditatem habeat,ut C.eod.Manichęos. & tunc talis rediens abiurat hæreſim,& ſi poſt talem abiurationem in ipſam hæreſim reinciderit, tunc ſine alia audientia relinquitur iudici ſæculari puniendus.

Idem ſi infamatus ſe iam purgauerat, & poſtea reincidiſſe in hæreſim conuincatur.Sic intellige c.ad abolendam.§.illos quoque.Panorm.autē in c. de hoc,de ſimo.ſuper glo.in uerbo,confeſſi.ibi timore probationis, dicit,quod ille dicitur ſponte redire,qui non erat accerſitus ad iudicium, nec præcedente aliquo ſtimulo ſpōte iuit ad iudicium,& cōfeſſus eſt crimen,quia tunc hæc confeſſio dicitur omnino ſpontanea.Et Feli.in ca.ad abolendam,dicit,quod quando aliquis fuit ſemel iuridice interrogatus & negauit,ſi poſtea redeat,non dicitur ſpōte redire.& per hoc limitatur dictum Innocentii in c.qualiter & quādo.el 2.de accuſ.& quod ibi dicit idem Panorm.in dicto cap.qualiter & quando.ſuper glo. 1. ibi:debet remoueri ab adminiſtratione.uerſi.circa hoc moueo dubium.ubi dixit, ſi quis confitetur crimen quantumcunque graue, non procedente directo ordine,contra eum,poterit imponi pœna quantumcunque grauis ſtatuta pro delicto confeſſio;intelligit enim quando iam uocatus erat ad iudicium licet non per accuſationem,ſecus ſi ſpōte acceſſiſſet, quod eſt bene notandum.Et de hoc uide plene quod dicit idem Panor. ſuper dicta gl. in uerbo,cōfeſſi.ibi:timore probationis.dicti cap.de hoc. de ſimo.ex his omnibus habes clare quis dicatur ſponte redire ad fidem.

3 Nota ergo ſecundum Panor.in dicto cap.ad abolendam.col.prima,ꝙ redeunti hæretico ad finē ad hoc ut dimittatur pœna mortis,duo requiruntur,ſcilicet quod incontinenti, & quod ſpōte reuertatur ad fidem.ſi ergo ex interuallo non ſponte,ſed metu pœnę,ſcilicet probationū dicit ſe ad fidem redire,non eſt ei parcendum,quod bene nota.& quando dicatur ſpōte redire,dic ut habes ſupra.§.proximo,& quod notat Ioan.de Lignano in Clem. ad noſtram. eo. tit. Item requiritur tertio ut errorem

ſuum

ſuum publice abiuret; vide ad hoc eundem Panor. in dicto cap. ad abolendam. vbi ſupra.

4 Qualiter autem intelligatur incontinenti, dic ut habes in glo. in uerb. incontinēti, c. præterea, de teſtib. cogen. Sed melius in c. quia propter, de elect. in gl. in verbo, mox. vbi dicitur; Mox, ideſt, incontinenti, nullo actu contrario intermedio, poſt vota quæſita, & uno contextu. Quandoque mox aliter accipitur, ideſt, ſtatim, cum quodā temperamento decem dierum, ff. de conſti. pecu. promiſſor. Quandoq; mox dicitur ad annum 20. q. 2. ſi in qualibet. & c. puella, & cum quodam temperamēto ſiue ſpatio. ff. de ſolut. quòd dicimus, ff. ad leg. Falc. l. 1. §. item ſi ita. Item dicitur mox quandoq;, ideſt cum primum potuit. ff. ad Tertul. l. 2. §. item confeſtim. Sed Panor. ſuper dicta gl. in uerbo, mox, dicti c. quia propter, dicit, quòd dictiones, mox, ſtatim, illico, & ſimiles, quandoq; uerificatur in modico tempore, quandoque in minori. Sed qualiter debeant capi regulariter, dicit, quòd ubi ius determinat, ſeruanda eſt ipſa iuris diſpoſitio, ut in caſibus in ea glo. allegatis; ſed ubi ius non determinat, tunc iſtæ dictiones, & ſimiles verificantur in modico tempore, ſecundum quòd arbitrabitur bonus iudex, habito reſpectu ad ipſius circunſtantias, arg. in l. 1. ff. de uerb. oblig. & uide textum iuncta glo. in c. ſignificantibus. de appel. & ad materiam uide glo. in c. ſi in qualibet 20. q. 2. & in Specul. in tit. de diſputat. & alleg. §. poſt hæc. uer. item mox. hæc ex Panor. in d. cap. quia propter. d. glo. in uerbo, mox.

5 Quamuis Panor. in c. excommunicamus, el 2. eod. tit. ſuper gl. in uerbo, cum Auctore damnentur. ibi; extra glo. ſentiat, quòd hæretici nedum ante damnationem de hæreſi, ſed etiam poſt ſententiam poſſunt redire ad fidem, & euadere pęnam mortis, & dicit hoc ſentire Ioan. And. in quadam Apoſtilla, & dicit idē ſentire gl. notab. in c. pen. eo. tit. & ꝙ hæc opinio eſt mitior, ideo tenenda. Tamen in c. ad abolendam, videtur tenere contrarium, & ideo in d. c. excommunicamus, dicit, quòd ad illum text. c. ad abolendam, colorate poteſt reſponderi, ergo non ad uerum ſenſum, imo dicit notādum eſſe quòd illud quod dicit prædicta opinio, expreſſo iure non probatur, immo potius poſſet defendi contrarium, quia iſtud c. excommunicamus, in damnatis nullam dat indulgentiam, & c. ad abolendam, loquitur de redeuntibus ſtatim, & c. penul. eod. tit. loquitur de deprehenſis in hæreſi, & non de condemnatis, unde in c. ut officium. eo. tit. lib. 6. §. ſi uero aliquis, committitur Inquiſitoribus, ꝙ bene & ſolerter uideant, ne fide & ſimulate redeant, & ita uidetur poni in arbitrio Inquiſitorum, vt determinent an ſint recipiendi ad vnitatem Eccleſiæ uel non, de quo dic ut infra in §. immediate ſequente.

6 Relinquitur arbitrio Inquiſitoris recipere redire volentes ante ſententiam, & hæc poteſtas uidetur ei attributa tam in recipiendo, quàm in mi

tigando pœnas redeuntibus per quandam Extrauagantem conſtitutionem Inn.iiij.quæ incipit: Super extirpatione. quæ quamuis non ſit in libris,tamen poteſt allegari & ſeruari,cum nõ ſit ceteris contraria,ſed potius juri conſona,vt in c.fi.de hæret.lib.6.unde ſecundum hoc Inquiſitor ex ſuo arbitrio & pro ſuo motu recipiet redeuntes ante ſentẽtiam, & ita ſeruat generalis conſuetudo officij Inquiſitionis, hæc habentur ex Directorio Inquiſitorum quod attribuitur Ioanni Calderino, cap.16.

ANNOTATIONES.

1 Redire volens ad gratiam, debet poſtquam deprehenſus fuerit in hæreſi,continuo,& confeſtim,&c.] *De hac materia agunt copiosè Repertorium Inquiſitorum,verbo rediens. Zanchinus tract.de hæret. cap. 16. (quem tractatum Auctor §.6.in fine, vocat Directorium, & tribuit Ioanni Calderino, qui totidem uerbis nunc impreſſus etiam circunfertur ſub nomine Ioannis Calderini.) Simancas de Cathol.inſtit.tit.47.de pœnitentibus & conuerſis,& alii multis locis,ſed ex his intelliges,qui dicantur redire ſponte,continuo,ſtatim,mox,ſiue incontinenti.*

6 Relinquitur arbitrio Inquiſitoris recipere redire volentes ante ſententiam,&c.] *Periculoſa uidetur hæc ſententia, ut ait Simancas de Cathol. inſtit. tit.47. num. 39. quare non crederem tuto poſſe obſeruari,cum vita reorum non debeat ex mero iudicum arbitrio pendere,ergo qui redire voluerint hæretici pœnitentes uſque ad ſententiam diffinitiuam admitti poſſunt, ut præcitato loco rectè Simancas ſcripſit,num.49.*

Num autem in Hæreſiarchis redire volentibus hæc eadem locum habeant, dubium eſſe poſſet,de quo uide quæ diximus ſuper Directorio Inquiſit. parte 2. quæſt. 39.

RELAPSVS.

1 Relapſus dicitur qui in vna ſpecie hæreſis vel ſecta commiſit, aut in vno articulo ſeu Eccleſiæ ſacramento errauit;& poſtmodum hæreſim ſimpliciter vel generaliter abiurauit, ſi ex tunc in aliam etiam ſpeciẽ hæreſis,ſeu ſectam, aut alio articulo ſeu ſacramento committat, textus eſt in c.accuſatus,eod.tit.§.eum uero.lib.6.ubi glo.in uerbo,ſimpliciter. dicit,quòd ſi abiuraſſet ſolum in illo capitulo, licet laberetur in alio,non diceretur relapſus, vbi ipſa glo. notat quòd indefinita æquipollet vniuerſali,ad idem,de priuileg. quia circa, & hoc ideo,ut dicitur in gloſ. ſequenti,quia omnes hæreſes ſunt connexæ habentes caudas colligatas ad inuicem,& de vnitate conueniunt in idipſum,ut in c. excommunicamus, eod. tit. el 1. & 2. vnde non quærimus an ſit relapſus in illam hæreſim,

in

in quam prius fuerat lapſus, ſed an fuerit relapſus in hæreſim. Semel ergo lapſus in hæreſim, poſt abiurationem iterum lapſus. licet in alia ſectâ, dicitur relapſus. Facit ad hoc c. ad abolendam, eo. tit. §. illos quoque.

2 Relapſus debet iudicari etiã ille de cuius lapſu in hæreſim ante abiurationem conſtiterat, vel poſtea conſtat, ſi poſt illam abiurationẽ hæreticos receptet, deducat, viſitet, ſeu aſſociet, aut dona uel munera eis donet vel mittat, ſeu fauorem eis impendat qui excuſari non poſſit, cum illum ex approbatione ſe prius erroris conſequentia non ſit dubium id feciſſe. textus eſt in d. c. accuſatus, §. ille quoque, ubi glo. in uerbo, non poſſit, dicit, quòd ille poſſet excuſari, qui propter neceſſitatem famis, uel quia ignorabat illos eſſe hereticos, vbi nota ſecundum Gemi. poſt Ioan. And. in d. c. accuſatus. ſuper dicto §. ille quoque, quòd ſola ſuſpicio hæreſis non ſufficit in illo caſu, ut quis dicatur relapſus, quia textus hic dicit, conſtiterat uel conſtat: & ex hoc patet, quòd eſt neceſſe in relapſo debere conſtare de uno lapſu priori uel poſteriori.

3 Relapſus iterum, uel non plene conuerſus præſumitur ille, qui reuerſus ad fidem incidit in manifeſtum peccatum, non tamen hoc ſufficit ad condemnationem. Panor. in c. litteras. de præſumpt.

4 Relapſus non propriè ſed quadam iuris fictione dicitur ille cõtra quẽ orta erat magna & vehemens ſuſpicio de crimine hæreſis, ſi in iudicio hæreſim abiurauit, & poſtea committit in ipſa, licet ante abiurationem ſuam crimen hæreſis non fuerit plene probatum contra ipſum, textus eſt in d. c. accuſatus, in principio, ubi glo. in uerbo, fictione, dicit, quòd non poteſt dici uere relapſus de quo nõ conſtat an fuerit lapſus, ſicut non poteſt dici renatus qui prius non fuerit natus. de conſec. diſt. 4. qui in maternis. & c. ſi baptizata, propter uehementem ergo ſuſpicionem fingitur lapſus, ita quòd poſt abiurationem rediens fingitur relapſus: ſępe enim iura, talia fingunt. de hoc 50. diſt. cap. ferrum. & Gemi. in dicto cap. accuſatus, in prin. dicit, ꝙ ius quandoque fingit id eſſe quod tamen uere non cõſtat, ut d. c. ferrum, & de ſponſalis qui.

5 Si tamen leuis & modica fuerit illa ſuſpicio, quamquam ex hoc (ſcilicet quia poſt abiurationem reperitur lapſus) ſit grauius puniendus, non tamen debet in hæreſim relapſorum pœna puniri, textus eſt in d. c. accuſatus, §. ſi autem, ubi nota ſecundum Gem. ibidem ſuper dicto uerb. leuis & modica, ꝙ iſta dictio, &, non ſtat hic copulatiuè, ſed expoſitiuè, ut ponatur, pro id eſt, quod dicit eſſe notandum pro ſtatutis & priuilegijs: ſi ergo quis abiurat ut lęuiter ſuſpectus, & poſtea relabitur, debet puniri grauius, ut hic, ubi glo. dicit grauius, ſcilicet quàm ſi numquam abiuraſſet, non tamen dẽt relapſorum pęna puniri. Si autem abiurauit ut uehementer ſuſpectus, & poſtea labitur in hęreſim, dẽt cenſeri quadam iuris fictione relapſus, ut in ſupra immediatè poſito paragrapho dicitur.

Sed

6 Sed quæritur,qua pœna puniendus eſt is,qui dicitur quadam iuris fictione relapſus,qui uidelicet primo abiurauit hæreſim ut uehementer ſuſpectus,& poſtea in hæreſim eſt lapſus? textus d.c.accuſatus, de hoc nihil ponit expreſsè,ex quo tamen dicit,quòd is qui abiurauit ut leuiter ſuſpectus,& poſtea labitur in hæreſim, quamuis ſit grauius puniendus, non tamen debet pœna relapſorum in hæreſim puniri,per hoc innuit,ꝙ is qui abiurauit vt uehementer ſuſpectus,& poſtea labitur in hæreſim,debeat puniri pœna relapſorũ in hæreſim:nã quod de uno negatur, de alio conceditur,de præſump.nonne. in glo.ibi,in verbo,tacendo,in fine 25. diſt.qualis,15.q.3.de crimine,& c.ex eo.ff.de iud. cum prætor. & 33.q. 2.latorem, ff. de pact. dotalibus,ob. res.§.2.& ex hoc habetur quòd qui dicitur quaſi quadam iuris fictione relapſus,& qui prius abiurauit vt vehementer ſuſpectus,poſſit puniri pœna relapſorum in hæreſim.

Quæ autem ſit iſta pœna.glo.in uerbo,pęna, dicti c. accuſatus,remittit ad notata in c. ad abolendam. §. illos quoque. de hæret.& cap.ſuper eo.eod. tit. lib. 6. ubi tales ſine ulla penitus audientia relinquendi ſunt iudici ſæculari,& de hoc ſupra in uerbo,Executio contra damnatos de hęreſi.§.4. & 5.

7 Sed nota bene & aduerte ſecundum Panor. in c. inter.de purg.cano. ſuper gl.fin.uer. & ex hoc dicto, quòd ſi aliquis aliàs incidiſſet in hæreſim,& nunc ex deficientia in purgatione haberetur pro conuicto & pro relapſo,deberet tradi curiæ ſęculari,ut in d.c.accuſatus,quod eſt bene notandum,de hoc etiam ſupra in uerbo,purgatio canonica, §. 9.in fi.

ANNOTATIONES.

1 Relapſus dicitur,qui in una ſpecie hæreſis,&c.] *De relapſis omnes, qui de pœnis hæreticorum ſcripſerunt,ediſſerunt. Directorium Inquiſitorum, par.2. q.58. Zanchinus tract.de hæret.c.16. Repertorium Inquiſit.uerbo, relapſus. Alfonſus Caſtrus lib.2.c.2.de iuſta hæret.punit. Simancas de Cathol.inſtit.tit. 57. incipien. Relapſus,& alij quos omitto conſulto.*

Qualiter agendum ſit cum relapſis antequam tradantur curiæ ſæculari docent nonnulli ex præcitatis, ſed in primis Nicolaus Eymericus in Directorio Inquiſitorum,par.3.in nono,& undecimo modo proceſſum fidei terminandi.

Relapſi uero ſiue pœniteant,ſiue non, tradendi ſunt curiæ ſæculari,num autẽ parcendum ſit eis ſi ſponte ſe ipſos deferant, dixi apud Eymericum in Directorio Inquiſi.par.3.nu. 58.de ſponte uenientibus.

SACERDOS CELEBRANS.

1 SAcerdos celebrans ſi non conſecrat corpus, & ſanguinem Chriſti ſed fingit ſe conſecrare, quia habet conſcientiam, ſciens ſe eſſe in pecato mortali, & ideo ſumit hoſtiã non conſecratam propter hoc non ſapit hæreſim manifeſtam, ſecundum Oldradum in conſilio ſuo 208. quem allegat Gemi. in cap. accuſatus. de hæreti. lib. 6. in fine. Facit ad hoc optime cap. de homine. de celeb. Miſſ. & quod ibi notat Panor. uide ad hoc beatum Thomam in quolibeto quinto, articulo 12.

Poſſet tamen talis ſacerdos examinari ab Inquiſitore quomodo ſentiat de ſacramento altaris ſeu Euchariſtię, præſertim quando eſt aſſuetus ſic facere, atq. in glo. in uerbo, moribus. cap. excommunicamus itaque, de hæreticis. Facit 41. diſt. quisquis.

ANNOTATIONES.

1 Sacerdos celebrans ſi non cõſecrat corpus & ſanguinem Chriſti, &c.] *De hoc articulo agit Oldradus conſil. 210. incipien. Regularis habet traditio, quod auctor hic dicit eſſe 208. & ſanctus Thomas in hoc §. citatus. Felinus, Ioannes Anania, & alii, in c. ad abolendam. de hæret. Calderinus conſil. 4. tit. de hæret. quos refert Ludouicus Carrerius tract. de hære. nu. 39. verſ. item contrabitur hæreſis per perceptionem. Geminianus præterea & alii pleriſque in locis.*

Num autem ſacerdos hoc crimen committens habendus ſit uelut hæreticus, aut ut ſuſpectus de hæreſi, & in qualem ſuſpicionem incurrat, non poteſt breuiter declarari; multa enim capita diſtinguere oportet, & intẽtio, ſiue propoſitum delinquentis diligenter explorandum eſt, ut inde criminis qualitate aucta, uel diminuta, pœna grauior, aut mitior imponatur.

De ſacerdote quodam qui ſcienter ſacrificauit corpus Chriſti, ſcilicet hoſtiam iam conſecratam, in eo pœnitentiali, quod nuper edidit Antonius Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis, & Romanum uocauit cap. vlt. bis uerbis ſcriptum eſt: De quodam ſacerdote quæſtio propoſita eſt, qui cum populo deberet cantare Miſſam, & fuiſſet oblitus portare hoſtiam, pro uerecundia populi ſcienter ſacrificauit corpus Chriſti, hoſtiam ſcilicet iam conſecratam, cum non haberet aliam. Conſilium Cardinalium plurium Epiſcoporum in hoc conſenſit, quod ſi occultum fuit, moneretur, deterrereturque, ut omni tempore uitæ ſuæ in pœnitentia eſſet; & ſi poſſet ſine ſcandalo, abſtineret a conficiendo corpore Domini: ſi autem publicũ, toto tempore ceſſaret a Miſſæ celebratione. pars tamen eorũ dicebat, niſi ſe fecerit monachum, uel canonicum, & tunc meritis exigẽtibus permiſſu Abba-

ſu Abbatis,& conſilio Apoſtolici,uel Epiſcopi,in neceſſitate poſſet accedere.*hactenus ibi.*

SACRAMENTIS ABVTI.

1 SAcramētis abuti ſapit hæreſim,& Inquiſitor poteſt punire tales abutentes,quando vtuntur ſacramento altaris ad faciendum incantationes,ſeu diuinationes,uel ſortilegia,aut rebaptizādo aliquem, ut dicitur in gloſ.in uerbo,ſaperent.§.ſane.cap.accuſatus,eod.tit.lib.6.& habetur per Panor.in glo.fin.cap.primo,de ſortilegiis.

Idem etiam eſſet quando fierent iſta cum chriſmate aut aliquo aliorū ſacramentorum,quia faciendo mentionē de corpore & ſanguine Chriſti & de baptiſmo,conſequens eſt quod etiam intelligatur de aliis ſacramentis,quia de ſimilibus ſimile eſt iudiciū.c.inter cęteras.de reſcript.in fine, cum glo.& ideo bene facit,quia in fine dictę glo.in uerbo,ſaperent.poſt quam fecit mentionem de corpore & ſanguine Chriſti. & de baptiſmo, ſubiungit,uel his ſimilia.quod eſt bene notandum.

ANNOTATIONES.

1 Sacramentis abuti ſapit hæreſim,&c.] *Quibus regulis in genere intelligatur quæ ſortilegia & incantationes ſapiant hæreſim manifeſte,abunde dixi apud Eymericum in Directorio Inquiſitorum,parte 2.ſuper quæſt.42.Idem Doctores tractant in cap.accuſatus.§.ſane. de hæret.lib.6.uide Auguſtinum Triumphū Anconitanum in ſumma de poteſtate Eccleſiaſtica, quæſt.48. art.3. ex quo intelliges cur ſortilegia hæc hæreſim ſapiant.adde Oldradum conſil.210.incipien. Regularis habet traditio.& Geminianum conſi.54.incipien.Quidam ſacerdos. & Spineum tract.de lamiis contra ponzinibium apologia 4.vbi merito mihi videtur confutare quoddam Oldradi dictū in præfato conſi.210.*

Quod uero addit hic auctor dum explicat gloſſam in dicto cap. Accuſatus. §.ſane.uerbo,ſaperent.de hæret. lib. 6.id quidem veriſſimum eſſe cenſeo, quod enim in hac materia de uno ſacramento dicitur in alio ſacramento ob eandem rationem locum ſibi uendicabit.uide infra in uerbo,ſortilegia.

SECTA STRIGIARVM.

1 SEcta Striarum ſeu Strigiarum qualiter pertinet ad Inquiſitores procedere cōtra eas,eo quia ſunt hęreticę,quia apoſtatę,& qualiter poſſunt ire corporaliter ad earum ludum,& quomodo poſſunt deprehendi illi,qui ſunt de illa ſecta,ponam in fine totius huius operis,ubi diffuſe de his om-

his omnibus tractabo,& etiam ponam aliqua ad declarationem capituli Epiſcopi.27.q.5.

ANNOTATIONES.

1 Secta Striatum ſiue Strigiarũ qualiter pertineat ad Inquiſitores,&c.] *Super ipſo auctoris tractatus de Strigibus, quem in fine huius Lucernæ ponit auctor, ſi occaſio ſe obtulerit, igetur fortaſsis plenius; de eis interim uide Syluestrum & Spineum in libris de ſtrigibus, Albertinum tract. de agnoſcen. aſſert. quæſt.23. Alfonſum Caſtrum lib.1. cap.16. de iuſta hæret. punitione, & Iacobum Simancam de cathol. inſtit. tit.37. de lamiis.*

SENTENTIA.

1 Sententia in crimine hæreſis, ſecundum Archid. non eſt ferenda, quia iam per canones eſt promulgata,& lata ipſo iure. cap. excommunicamus. eod. tit.& ſic potius denũciatur uel declaratur, quam promulgetur. 24. q.1. c.1. Et ita debet ferri ſententia declaratoria ſuper dicto crimine ſi etiam ſuper illo pronunciaretur, nõ uitiaretur ſentẽtia, ut patet ex notatis in c. ut Inquiſitionis. ubi dicitur, quod ſententia requiritur per quã negotium terminetur. 22. diſt. §.2. uerſ. cum ergo ad fidem. ff. de re iudi. l.4.§. condemnatum.&c. fin. eo. tit. lib.6. ibi: ad ſententiam. hæc omnia colliguntur ex Gemi. in dicto cap. ut commiſſi. cap. ut Inquiſitionis. & cap. finali eod. tit. lib.6.

2 Sententia debet ferri in die & nõ in nocte, aliter pars poteſt excipere, & appellare: ſi tamen pars præſens non excipit nec appellat, ſentẽtia ſic lata, tenet, ut dicit Panor. in cap. conſuluit. de offi. deleg. ſuper glo. in uerbo, tenebras. Felinus ibidem dicit, quod ſententia lata in nocte nõ ualet nec eſt opus appellare.& adducit ad hoc textum & glo. magnam in fine in §.2. Inſtit. de uerb. oblig.

Fallit tamen ut dicit idem Felinus ubi iudex multitudine agendorum fuit occupatus, quia tunc ferre poteſt, melius tamen faceret ſi differret in diem ſequentem, prout in textu dicti cap. conſuluit. dicitur.

3 Similiter dicendũ eſt de interlocutoria,& de omnibus actibus expediendis iudice ſedẽte pro tribunali, quia de nocte expediri non poſſunt textus eſt in §. ſedebunt. in authen. de iudi. idẽ in petitione apoſtolorũ, & ita intellige gl. in cap. ab eo. in verbo, loco, de appel. lib.6. in fine.

4 Si per aliquod ſignum ſeparatur dies a nocte; puta in aliqua pulſatione campanę, illi ſtandum eſt, aliàs autem ceſſante hoc ſigno, quicquid fit ad lucem diei, ſiue ante ortum ſolis, ſiue poſt occaſum, dicitur de die, dummodo perſona poſſit diſcerni, ut dicit Felinus in dicto c. conſuluit.

Confirmat dominus Card.Zabar.in c.ſi perfodiens de homic.

2 Sententia lata per Inquiſitorem, debet ſtatim ſine dilatione per iudicem ſæcularem executioni mandari.uide de hoc diffuſe ſupra, uerbo, executio.§.1.2.& 3.

6 Sententia corporis afflictiua non poteſt iure communi retractari poſt lapſum decem dierum,licet appareāt probationes innocētiæ, ſed ex gratia ſpeciali fit reſtitutio a principe per textum notabilē in l. Diui.ff. de pœnis.ubi de hoc eſt textus ſingularis.uide ad hoc Panor.in c.de his.de accuſ.in prin.& etiam in cap.conſanguinei.in fine.de re iudi.Facit l.1.§.fi.ff.de conſtit.& Corſetus in dictione,ſententia corporis afflictiua.

7 Forma ſententiæ,ſecundum Gemin.pro redeūtibus ad fidem, quibus pœnitentiā iniungitur.Vbi nota ſecundum eundem,quod iudex non debet pronunciare hæreticos,quia non ſunt,24. q.1. hæc eſt fides. uide de hoc & quæſt.ultima.dixit Apoſtolus.& cap.qui in eccleſia. nec pronunciabit eos hęreticos fuiſſe,quia modus iſte non eſt datus a iure, ſed dicet ſic: *Quia te inuenimus per tuam confeſſionem,uel per probationes legitimas, hæreticum vel hæreticos adoraſſe,nunc autem ſaniori uſus conſilio uis prout aſſeris,ab unitatem Eccleſiæ de corde puro & fide non ficta redire,idcirco te,in primis abiurata omni hæretica prauitate, iuxta formam Eccleſiæ,ab excommunicationis vinculis quibus tenebaris aſtrictus abſoluimus,ſi tamen ad eam ex corde redieris,& iniuncta tibi mandata ſeruaueris: & quia in Deum, & ſanctam Eccleſiam temere modis prædictis deliquiſti,ad peragendam pœnitentiam condignam in perpetuum carcerem te detrudi uolumus, & pręcipimus ibi perpetuo remanere.*

Nec miretur aliquis de eo quod in hac forma dictum eſt ſub conditione,ſi,nam cauſa delendæ quæſtionis expedit ſic dici & poni, ut ſi quod imponitur non ſaruauerit,eum non abſolutum fore appareat. Archid.habuit quaſdam informationes officij Inquiſitionis,de quibus gl. in hoc titulo plures poſuit,ſed quicquid dicat, Inquiſitores noſtri temporis bene pronunciant illum fuiſſe hæreticum, nec apparet quid obſtet ſecundum Ioan.And.hæc omnia colliguntur ex Geminia.in dicto cap.ut commiſſi.§.necnon.

8 Forma ſententiæ priuatoriæ,ſecundum Gemin.qui dicit,quod Inquiſitores & Epiſcopi in eorum ſententijs utuntur uerbis prout iacent, ſcilicet,priuamus, & priuatos denunciamus. & iſta practica eſt tutior, pro qua facit optime textus de re iudi.ad Apoſtolicæ.ver. nos itaque. lib.6. vbi utitur geminatis uerbis priuatiuis,iſtis ſcilicet,denunciamus & priuamus.hæc Gemi.poſt Ioan.And.in dicto cap.ut commiſſi.§.priuandi.

9 Sententia debet proferri iudice ſedente,aliàs eſt nulla.cap.fi.de re iudi.lib.6. & licet debeat legi & proferri per ipſum iudicem, ut in dicto c.fin.de re iudi.fallit tamen in Inquiſitore hęreticæ prauitatis, ut dicit Gemi.in

mi. in ſupradicto cap. fin. de re iud. col. 1. ibi: quæro an Epiſcopus poſſit legere, & hoc quia Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt recitare ſententias per alios ſicut Epiſcopi, de hoc habes ſupra in verbo, Inquiſitor. §. 28.

10 Ad ſententiam audiendam neceſſe eſt vt citetur is, contra quem eſt ferenda ſententia, vt aperte dicit textus in Clem. ſæpe. de verbo. ſignifi. Ad hoc facit gl. in verbo, reſpondeat. c. cum contumacia, de hæreti. lib. 6. neque valet citatio, ſi dicatur, ad audiendam voluntatem ſeu intentionẽ iudicis, ſed oportet quòd ſpecificetur ad audiendam ſententiam, vt dicit gl. in verbo, ad id, dictæ Clem. ſæpe.

11 Aduertas tamen ne feras ſententiam condemnatoriam contra reum, qui eſt in carceribus, ſed facias eum citari & duci ante tribunal tuum, & non feras ſententiam in abſentem, licet detentus ſit in carceribus, quia in iſto caſu diceretur abſens: & ita obſeruat totus mundus, hæc ex libro maleſic. Ang. de Aretio, clauſula, Qui iudex committit præconi, in fine primæ additionis, de hoc ſupra in verbo, citatus, §. 10. & 11.

ANNOTATIONES.

1 Sententia in crimine hæreſis, &c.] *In ſententia ferenda contra reos hæreſis qui ordo debeat obſeruari, abunde explicuimus apud Eymericum in Directorio Inquiſit. parte 3. ſuper quarto modo proceſſum fidei terminandi. adde Simancam de Cathol. inſtit. tit. 60. de ſententijs.*

2 Sententia debet ferri in die, & non in nocte, &c.] *Tametſi uera ſummo iure eſſent, quæ hoc loco Auctor commemorat iuxta opinionem Panormitani, & Felini, de pronuncianda ſententia de die, & non de nocte, nihilominus tamen ſi quandoque in ſacro tribunali contingeret ob multitudinem reorum & prolixitatem proceſſuum, ut ſententiæ condemnatoriæ aliquorum non poſſent de die pronunciari, quod tunc facile poſſet euenire, cum plures ſimul rei ad actionem fidei publicam producuntur, tametſi inquam talium ſententiæ de die pronunciari non poſſent, non propterea redderentur nullæ, aut inualidæ.*

Melius tamen eſſet, & ſecurius ob multa pericula, quæ ob tenebras interuenire poſſent, omnia de die abſoluere, ut rectiſſime etiam admonet Madriliana inſtructio anni 1561. c. 77. in hæc uerba: Et ſtudeant Inquiſitores ut actio fidei tali tempore peragatur, quod executio eorum, qui tradendi ſunt curiæ ſæculari fiat de die ob euitanda inconuenientia, *hæc ibi.*

5 Sententia lata per Inquiſitorem debet ſtatim, &c. per iudicem ſæcularem executioni mandari.] *Iudex ſæcularis per quos dies poſſit differre executionem ſententiæ contra ſibi traditum uel relictũ ab Inquiſitore, abſque eo quod incidat in aliquam pœnam uel cenſuram, abunde explicui apud Eymericum in*

Directorio Inquiſit. par.3.ſuper q.36.ubi per quinque vel ſex dies differre legitimè ſupplicium poſſe oſtendi.

7 Forma ſententię,&c.] *Hunc articulum diſcuſsimus etiam in Directorio parte 3.ſuper 8.modo proceſſum fidei terminandi,ubi diximus,eos qui ab hæreſi reuertuntur,pronunciandos eſſe in ſententia hæreticos fuiſſe,atque hoc iure & conſuetudine vtimur.*

9 Et licet debeat legi & proferri per ipſum iudicem, &c. fallit tamen in Inquiſitore.] *Verum hoc eſt & certum, & conſuetudine ſacri Tribunalis receptum,vide Ioannem Roiam ſingul.93.incipien. Inquiſitores.*

SORTILEGIA.

1 SOrtilegia ſapiunt hæreſim manifeſtam,& pertinet ad Inquiſitores hęreticæ prauitatis talia punire, quando in eis conſuluntur dęmones, & expectantur eorum reſponſa,& fiunt eis preces & ſacrificia; nam committitur hic idololatria.

Idem vbi fiunt cum hoſtia conſecrata,ſeu rebaptizando aliquem, uel ſimilia,ſecus autem vbi illa vel ſimilia non accidunt, licet inuocarētur dęmones,ut prouocent,puta animum mulieris ad impudicitiam;nam illud licet ſit grauiſſimum peccatum in ſe,non tamen ſapit hæreſim,quia proprium dęmonis eſt tentare creaturam, ut habetur in Euangelio.Et accedens tentator, &c. & patet 16.q.2.c. viſis. hæc Panormit.in cap.primo, de ſortileg.ſuper gl.fin,Facit ad prędicta glo. in uerbo,ſaperent,cap. accuſatus, eod. tit.lib.6.& quod dicit B.Thomas in ſecunda ſecundę,quęſtione nonageſimaſecunda,art.ſecundo,habes de hoc ſupra in uerbo,dęmones inuocare,§.1.& 2.

2 Sortilegorum pœna eſt,quia vltra pęnas poſitas in textu cap.in tabulis,eod.tit.poteſt Epiſcopus eos dehoneſtare, ut puta,mitriando,ut fit in aliquibus locis, uel ponendo ad ſcalam cum uituperio, & eijciendo eos extra Diœceſim,vide bonum textum 26.q.9.Epiſcopi, & quod notatur 32.q.1.c.de Benedicto.hęc Panor.in d.c.in tabulis,de ſortileg.

Si tamen prędicta ſortilegia ſaperent hęreſim manifeſtam, ut dictum eſt in §.immediate pręcedente, tunc poſſet etiam Inquiſitor punire talia ſortilegia facientes unà cum Epiſcopo, quo caſu nec Epiſcopus poſſet prędictam pœnam imponere ſine Inquiſitore,iuxta formam Clem.1.de hęret.uerſi.duro.

ANNOTATIONES.

1 Sortilegia ſapiunt hæreſim manifeſtam, &c.] *Vide quæ annotauimus paulo antea,ſuper ver.ſacramentis abuti,ne inutiliter ſæpe eadem repetamus.*

Sorti-

2 Sortilegorum pœna eſt,&c.] *De pœna ſortilegorum & diuinatorum dixi apud Eymericum in Directorio Inquiſitorum, ſuper quæſt.42. adde Simancam de Cathol.inſtit.tit.21.de diuinatione & reuelatione.*
Sortilegium autem & diuinatio in quo differant, docet Federicus de Senis conſ. ſiue quæſt. 284. incipien. Domine Reuerende, cuius dicta alibi copioſè expendimus.

STATVTVM.

1 Statutum Ciuitatis,Caſtri,uel Villę,uel alterius loci,per quod directe, vel indirecte impediatur negotium Inquiſitionis hereticę prauitatis, ne in eo libere valeat procedi, uel contingat ipſum officiũ Inquiſitionis quomodolibet retardari, ipſo facto eſt nullum; & Rectores ſeu conſules ciuitatis uel loci,tenentur dictum ſtatutum exhibere Diœceſano ſeu Inquiſitori ſine mora, & ſi tale inuentum fuerit reuocandum omnino uel moderandum, ut dicitur in c. ſtatutum ciuitatis,de heret.lib.6.ubi dicit Gemi.quòd Inquiſitores poſſunt compellere omnes qui habent poteſtatem reuocandi uel temperandi ſtatuta, ad reuocandum uel temperandũ ipſa.arg,in Clem.ex graui.de vſu.verſ.eandem etiam.vide ad hoc glo.1. & 2.& penul.dicti c.ſtatutum.

ANNOTATIONES.

1 Statutum Ciuitatis,Caſtri,uel Villę,&c.] *Hoc pertinet ad ea capita, quæ fauore fidei ſunt conſtituta, vt liberius & facilius hæretica prauitas extirpetur. Repertorium Inquiſit. uerbo,ſtatutum, & Camillus Campegius apud Zanchinum cap.31.*

SVMMARIE.

1 Summarie,ideſt,ſummatim,uel breuiter:& ſi cauſa principalis eſt ſummaria,& omnes eius articuli ſunt ſummarii. Bart.ſuper Extrauaganti,Ad reprimendum,in uerbo,ſummarie.

ANNOTATIONES.

1 Summarie,ideſt,ſummatim,&c.] *In ſuperioribus dictum eſt, quod in cauſis fidei proceditur ſummarie,ſimpliciter,& de plano,& ſine figura iudicij.hoc ergo quòd hic docet Auctor ad eam rem ſpectat.uide Ioannem Roiam ſing.145. incip.ordo iudiciarius,& Repertorium Inquiſit.uerbo,ordo iudiciarius.*

SVSPICIO.

1 Suſpicionem de hæreſi inducunt iſta, videlicet, celebrare conuenticula occulta, ſeu à cõmuni cõuerſatione fidelium vita & moribus diſſidere, vt habetur in cap. excommunicamus itaque. de hæret. §.quòd ſi quis & in gloſ.ibidem in verbo, moribus. Idem dicit Feli. in dicto cap. ex communicamus. vbi dicit contra tales diſcedentes a communi conuerſatione fidelium circa cultũ diuinum, puta ſi circa Miſſam vel alia ſacramenta Eccleſiæ eſt diu negligens, poſſet inquiri de hæreſi abſque infamia. de hoc ſupra in verbo, probatio. §.4.

2 Suſpicio ſola ſufficit ad hoc quòd procedatur ad inquiſitionem contra hæreticos, dicto cap. excommunicamus. hæc Gemi.in cap. inquiſitores. eod. tit. lib. 6.

Et nota quòd ex leui argumento vel indicio inducitur ad ſuſpicionem vt dicit Panor. in cap. tertio loco. de proba. circa finem. nam ex modica & leui præſumptione poteſt procedi contra aliquem in crimine hæreſis, ſecundum Gemi. in cap. accuſatus. eod. tit. lib. 6. de hoc ſupra, verbo. præſumptio. §. octauo.

3 Suſpicionum alia leuis & modica, alia vehemens, & alia violenta. Colligitur hoc in dicto cap. accuſatus. & in gloſ. in verbo, vehementem cap. cum contumacia. eod. tit. lib. 6. vbi habetur quomodo iſta intelligantur. Facit ad hoc cap. litteras. de pręſumpt. & gloſ. ibi, in verbo, vehementem vide ad hoc dominum Archiepiſcopum Florent. in tertia parte, Summæ ſuæ, tit. nono. cap. 12. circa medium, ibi: & nota quòd triplex eſt ſuſpicio de hoc ſupra in verbo, præſumptio. § ſecundo.

4 Suſpicio probabilis inducit pręſumptionem, ff. quòd met. cau. l. ult. 2. q. 5. presbyter. violenta, condemnationem, 32. q. 1. dixit dominus. hęc habentur in gl. 1. c. oues. 6. q. 1.

4 Suſpectus eſt de hæreſi, & poteſt procedi contra eum, qui perſiſtit in excommunicatione per biennium, imò per annum, ſecundùm Hoſtien. & alios, arg. in c. rurſus. & c. quinque. 11. q. 3. & c. omnis, de pœnit. & remiſ. præſumitur enim male ſentire de ſacramentis Eccleſiæ, & de poteſtate Eccleſiæ, ex quo non curat de eius excõmunicatione textus eſt de hoc in c. ſi. de pœnis & Panor. ibidem in tertio notabili. Confirmat Feli. in c. excommunicamus itaque, eod. tit. col. 1. ibi: Sed quęrit Petrus de Ancharano, niſi talis probaret iuſtam cauſam contumaciæ ſuę. Confirmat etiã dominus Card. Zabar. in Clem. 3. eod. tit. in fine.

6 Si autem quis fuerit excommunicatus pro contumacia commiſſa in cauſa hęreſis, tunc poſt lapſum anni habetur pro hęretico, & poteſt puniri ut hęreticus, ut in c. cum contumacia, eod. tit. lib. 6. ſi autem fuit ex-

commu-

communicatus pro contumacia in alia cauſa, tunc ſi ſteterit per annum uel plus in excommunicatione, non habetur pro conuicto de hæreſi, ut notatur in dicto cap. cum contumacia. ſed tantum inſurgit ſuſpicio contra eum de hæreſi, ut eſt textus notabilis in dicto cap. fi. de pœnis. & poterit ſibi indici purgatio, in qua ſi defecerit, habetur pro conuicto, ut in cap. inter. in fine. de purga. cano. & in dicto cap. excommunicamus. §. 1. & Panor. in dicto cap. fin. de pœnis. ſupra glo. in uerbo, hereticæ prauitatis. Confirmat Feli. ubi ſupra.

ANNOTATIONES.

1 Suſpicionem de hæreſi inducunt iſta, &c.] *De hac materia dictum eſt ſupra in uerbo, præſumptio. ſed uide Alciatum tract. de præſumpt. Repertorium Inquiſitor. uerbo, ſuſpectus. & Simancam de Cathol. inſtitu. tit. 50. de præſumptionibus & ſuſpicionibus.*

5 Suſpectus eſt de hereſi, & poteſt procedi contra eum, qui perſiſtit in excommunicatione per biennium, &c.] *De excommunicatis per annum & amplius, & de ordine procedendi contra eos, copioſe agit Eymericus in Directorio Inquiſ. parte 1. quæſt. 47. ubi nos ea addidimus, quæ huic propoſito uidebantur neceſſaria.*

Refert autem intelligere, an aliquis ſit excommunicatus ob cauſam fidei, an vero aliquam aliam rem: huiuſmodi enim excommunicati ob diuerſas cauſas, diuerſo iure cenſentur.

TACITVRNITAS.

1 Taciturnitatis pro confeſſione habetur, quando quis interrogatus noluit reſpõdere. ff. de interro. actio. l. de ætate. §. nihil intereſt. & arg. 65. diſt. cap. ſi forte. & 60. diſt. ſi ſeruus. hæc in glo. in uerbo, confeſſiones c. quoniam contra, de proba. Confirmat Panor. ibidem.

ANNOTATIONES.

1 Taciturnitas pro confeſſione habetur, &c.] *De tacente, an & quando habeatur pro conſentiente, copioſe ſcribunt doctores in c. is qui tacet. de regul. iur. lib. 6. & abunde Felinus & alii in cap. nonne. de præſump. res eſt late patens, quæ breui oratione concludi nõ poteſt. & eius uſus in ſacro tribunali occurrit raro. ſi tamen occurreret ex prædictis poſſet difficultas ſuperari.*

Quod ſi contingeret aliquẽ malitioſe, doloſe, & fraudulenter nolle Inquiſitori legitime interroganti reſpondere, per torturam iuxta qualitatem iudiciorum is poſſet, & deberet ad reſpondendum compelli.

TE-

TESTES.

1 TEſtes, ſecundum Archid. ſi ſe ſubtrahant à teſtimonio perhibendo, ſunt cogendi per cenſuram eccleſiaſticam, ut habetur de teſti.cogē. cap.1.& ſequentibus, & iuramentum vel uotum de celando non valeret. de offi.ordi. quia plerique. lib.6. de reg. iuris. in malis. eo.lib. neque per exceptionem excuſarentur aliqui a teſtimonio ferendo, etiam coram ordinario. ad hoc cap. excommunicamus itaque, §. addicimus. in fi. de hæreticis. A fortiori coram delegato Papæ. arg. cap. ſane quia. de off. deleg. hæc Gemi. in cap. ut officium. de hæret. lib.6. §. uerum. Confirmat Pan. in cap. dilectorum. de teſti. cogen. ubi de hoc diffuſe.

2 In examinatione teſtium iudex debet eſſe ſollicitus, & iterum inquirere, ſi confuſe depoſitum erat, & maxime ſuper cauſa ſcientiæ iterum interrogentur, quod fieri poteſt ſecundum Ioannem And. & etiam debet inquirere de inimicitia teſtium, cum illi contra quem inquiritur non tradantur nomina, nec ipſe diuinare tenetur. hæc Gemi. ubi ſupra, ſuper dicto §. verum. Facit ad hoc de teſti. cap. clamor.

3 Quia dictum eſt quòd iudex debet inquirere de inimicitia teſtiū, ideo nunc videndum eſt propter quas inimicitias repellendus ſit quis a teſtimonio, vnde glo. in verb. capitales, c. per tuas. de ſimo. dicit, ꝙ tantum ꝓpter inimicitias capitales & non propter alias remouetur quis a teſtimonio. glo. autem in verbo, inimicos. cap. cum oporteat. de accuſ. dicit, quòd propter quales inimicitias quis repellendus ſit a teſtimonio, relinquitur arbitrio iudicis. arg. in auth. de teſtib. §. ſi uero dicatur. collatione ſeptima. Confirmat hoc Felin. in cap. repellantur. de accuſ. ibi: Nota vltimo. & iudex extimabit an ſit credendum teſti, vel non. ff. de quæſt. l. 1. §. præterea inimicorum. & §. quæſtionem.

Quæ autem dicantur inimicitiæ capitales, declarat Panor. ſuper dicta glo. in verbo, inimicos. dicens poſt glo. in l. licet. ff. de arbit. quòd inimicitiæ capitales ſeu graues ſunt, cum quis minatur alicui mortem, uel eum odit, uel ei mortem deſiderat, uel quia accuſauit eum criminaliter; & idē quando eſt quæſtio de omnibus bonis, uel maiori parte. arg. c. frequens. de reſti. ſpol. lib.6. & ſubiungit quòd capitales inimicitiæ indiſtincte repellunt aliquem a teſtimonio, ſi uero non ſint capitales, tunc recurrendū eſt ad iudicis arbitrium, ut dicit gl. ſuperius alleg. & facit. l. 1. ff. de queſt. nam in hoc iudicio multum verſatur arbitrium, an inimicitiæ ſint graues vel leues; nam debet attendi qualitas inimicitiæ, ſecundum Bar. in l. maritus. de queſt. de quo vide Dinum in l. filiæ. ff. ſol. matr.

4 Nota tamen quòd teſtis qui inuitus teſtimonium perhibet, non poteſt repelli tanquā inimicus in illa cauſa uel in alia, ſecus ſi ipſe ſponte venit ad feren-

ad ferendum teſtimonium, quia tunc præſumitur inimicus. argum. in l. quæ omnia.ff.de procu.facit cap.cum in tua.de ſpon.hæc Panor.in cap. cum P.Manconella.de accuſa.in fine.

5 Quæritur an ſit adhibenda fides dictis illius teſtis,qui dicit ſe inimicū eius contra quem interrogatur.Reſpondet Panor.quia aut teſtis dixit ſe inimicum antequam iuraret ſeu produceretur in teſtem, & ſic præſumitur hoc dixiſſe in fraudem,& nihilominus debet recipi;ſi uero non conſtat eum dixiſſe in fraudem,non uidetur recipiendus, præcipue quando inimicitia erat capitalis;ſed ſi hoc non eſt,uel de hoc dubitatur,non debet iudex propter ſolum dictum teſtis deſiſtere, ſed debet interrogare de qualitate inimicitiæ,quia non omnis inimicitia repellit indiſtinćte,ut dictum eſt ſupra in §.proxime ſuperiori.

Si dicat ſe inimicum capitalem,nō debet recipi,ut in authen. de teſti. §.ſi uero dicatur.& notatur in c.ex parte Adę.& c.cum cauſam.de teſti. ſi uero inimicitiæ non ſunt capitales,debet recipi,& quanta fides ſit adhibenda relinquitur arbitrio iudicantis.

Si autem teſtis dixit ſe inimicum poſtquam iurauit, ſed antequam deponeret,tunc non eſt ei adhibenda fides; ſi uero poſtquam iurauit & depoſuit dixit ſe inimicum incōtinenti in fine depoſitionis,in generalibus interrogationibus creditur ei;ſi ex interuallo dixit ſe inimicū, non ei creditur,ſed ſtatur priori dicto. hæc omnia colliguntur ex Panor. in c.Inquiſitionis.de accuſ.§.tertio.

6 Nam iuriſconſultus ff.de teſti.l.3.dicit iudici; *Tu magis ſcire potes, quāta fides ſit teſtibus adhibenda.* quaſi dicat, non poteſt dari certa doctrina. hæc Panor.in cap.quanto.de præſumpt.

7 Teſtium examinationi in crimine hæreſis & ipſum crimen concernētibus,debent eſſe præſentes duæ religioſæ & diſcretæ perſonæ,in quarū præſentia per publicam perſonam, aut per duos idoneos uiros eorundē teſtium depoſitionis fideliter conſcribantur,ut in cap.ut officium.de hæret.§.uerum.lib.6.ubi dicit Gemi. quod clerici ſæculares dicuntur quandoque religioſi.4.diſt.denique.quandoque laici.44.diſt.nō liceat.de cōſti.eccleſia.ſed in illo textu c.ut officium.auctor non intellexit ſtricte de illis qui religionis habitum ſuſceperunt, pro quibus prēſumitur.de noui oper.nun.c.2.uerſ.ſuper eo.ubi de hoc Ioan.And.

8 Teſtis examinetur an credat quæ deponit,ideſt, an deponat de credulitate.& hoc dicit Ioan.Andr.ſuſtinendum quando ſingulariter interrogatur, ſed in generalibus interrogationibus non debet fieri iſta interrogatio,an credat.hoc eſt de mente Panor.& colligitur ab ipſo in c.Inquiſitionis.§.quæſiuiſti.in principio.

9 Debet inſuper teſtis examinari de perſonis,puta,ſi cognoſcit perſonā contra quam deponit , & etiam de alijs circunſtantijs.ad hoc textus in

quæſtio.hęc Angel.in lib.maleſi.clauſula,Comparuerunt inquiſiti,& negauerunt totum,col.3.ibi:quæro qui teſtes, & in additione ſequenti.

15 Mulier in maleficijs & criminalibus poteſt eſſe teſtis,l.ex eo.ff.de teſti. & de hoc eſt gl.ſingularis in uerbo, nec teſtis, 33.q.5.mulierem.de hoc in gl.in cap.quoniam,&c.tam literis,de teſti.hæc Angel.ubi ſupra col.4. in prin.ibi:quid in muliere,an ſit teſtis, & hoc quando agitur in modum Inquiſitionis, ut in d.gloſ.in d.cap.quoniam;ſeu in denunciatione, ut in gloſ.in uerbo,ſiue laicos,dicti cap.tam litteris,& hoc præcipue in caſibus in quibus admittuntur infames & criminoſi, ut in dicta glo.in uerbo,nec teſtem,dicti cap.mulierem.

16 Teſtes poſſunt induci per iudicem ex mero officio contra reum ut cōdemnetur,etiam poſtquam eſt concluſum in cauſa, etiam in accuſationibus.uide late Bart.in queſtione,quę incipit:iudex maleficiorum ſuper accuſatione,&c.hæc Angel.ubi ſupra,col.5.ibi:quæro an poſt.& in additione ſequenti dicitur,quòd in qualibus cauſa criminali iudex poteſt recipere teſtes,etiam poſt didicita teſtificata.

17 Infames,excommunicati, & complices,admittũtur ad teſtificandum in crimine hæreſis,ut in c.in fidei fauorem. de hæret.lib.6. immo omnes teſtes indifferenter,quamquam criminoſi, admittuntur in crimine hæreſis ſecundum Panormit.in cap.licet Heli.de ſimo.in col.2.ibi: Nota quòd in crimine læſæ maieſtatis.& uide quod not.glo.in c.1. de confeſſis.& 15. quæſt.3.nemini.& quod ibi notat Archid.Facit ad hoc glo.in uerbo, nulli de ſe confeſſ.c.ueniens,el primo,de teſtib.& glo.2.in fi. c.fi.de teſti.cogen.facit etiam gl. fin.in c. quoniam aliqua,de teſti. Confirmat Archid. in c. accuſatus,§.licet,ſuper uerbo, exceptum. nam tanta eſt labes criminis hæreſis,ut ſerui aduerſus dominos ſuos,& quilibet criminoſus aduerſus quemlibet admittuntur,& eſt textus 2. quæſt. 7. cap. præſumunt.§. opponitur huic.

18 In crimine hæreſis admittuntur teſtes quantumcunque criminoſi, & excommunicati,non habita differentia, an agatur contra ſæcularem, an contra regularem,& an ſint alia adminicula, hæc Panor.ſuper gl. in uerbo,indifferenter.dicti cap.licet Heli.de ſimo.& in c.per tuas, el 1.eo.tit. ſuper gl.in uerbo,de ſimoniaca prauitate. An autē meretrix admittatur, uide quod notat Panor.in c.tanta.de ſimo.in 2.notabili.

19 Tres teſtes uel duo deponunt contra hæreticum,unus ſuper uno, alius ſuper alio articulo,uel unus dicit eum dixiſſe quædam uerba hæreticalia, alius dixit eum dixiſſe alia uerba hæreticalia: uidentur iſti eſſe ſingulares. ut de elect.c.in Geneſi.& c.bonæ cum ſimilibus.

Dic quòd ſi generaliter inquiritur de hæreſi contra eum, tunc damnabitur ad dictum iſtorum, quia omnes iſti probant eum habere unam nequitiam ſceleris,ſcilicet hæreſis, & concordant ad unum effectum ſeu fi-

nẽ,& hoc ſufficit,ut C.de hæreticis,l.Arriani.& C.de pœnis, l. qui ſniam.

Vbi uero non inquireretur generaliter de hæreſi contra eum, ſed ſpecialiter ſuper certo articulo,ſiue ſuper certa ſpecie , tunc omnes iſti poſſent dici ſingulares,& nõ crederetur eis, per dicta iura.ad quod extra eodem,c.penult.hæc omnia ex Directorio Inquiſitorum , quod attribuitur Ioanni Calderino c.13. 1

ANNOTATIONES.

1 Teſtes ſecundum Archidiaconum,&c.] *In tanta harum annotationum breuitate non licet quæ ad hunc locum de teſtibus attinent copioſius enarrare,fontes ergo vnde cognitio hæc peti poteſt indicare ſit ſatis,videndi ergo ſunt Eymericus in Directorio Inquiſitorum,par.3.quæſt.61. & multis ſequentibus , ubi plene diſſerit de teſtibus in negotio Inquiſitionis. Simancas de Cathol.inſtit.tit.64. de teſtibus. Repertorium Inquiſitorum uerbo,teſtes.Zanchinus tract.de hæret.cap.12.13.& ſeq.Ioannes Roias in ſingularibus fidei,ſingul.187.incipien.teſtis, & multis ſequentibus . Idem Ioannes Roias tract. de hæret.parte 2.aſſert.4.5.& alii,quos longum eſſet recenſere,ſed ex relatis,quę ad hunc locum ſpectant , facile intelligentur.* 2

19 Tres teſtes uel duo deponunt contra hæreticum,&c.] *Hanc difficultatem latiſsime pertractaui apud Eymericum in Directorio Inquiſit.parte 3.ſuper quæſt.72.quo loco ſententiam, quam hic profitetur Auctor de probanda hæreſi in genere per teſtes ſingulares,merito explodendam eſſe oſtendi. nam nec facile intelliges quid ſit probare aliquem in genere eſſe hæreticum , nec in tribunali ſanctæ Inquiſitionis vſu receptum eſt,ac nec recipi quidem facile poteſt iſtud probationis genus, cum hæretici probentur qui ſingulares errores & hæreſes,aut proprias,aut aliorum profiteantur,uel ſequantur.*

TORTVRA.

1 TOrturæ non poteſt exponere quenquam Epiſcopus ſine Inquiſitore neque Inquiſitor ſine Epiſcopo,uel eius uicario: & hoc ſi ſui ad inuicem copiam habere ualeant infra ſpatium octo dierum poſtquam ſe requiſierint,ut in Clem. 1. de hæreticis. uerſ.duro. ubi nota ſecundum D. Card.Zabar.ibidem,quòd hoc tempus octo dierum incipit currere a tempore factæ requiſitionis,ſed bene probatur in littera ibi:poſtquam ſe requiſierint.Facit de except.pia.lib.6.& gloſ.in uerbo , Computatio.& de deci. Clem.1. & quod ibi notatur cum gloſ. Concordat Paulus. Facit etiã de appel.ſuper eo.el 2.in gl.finali.

2 Nota tamen ſecundum eundem dominum Card. Zabar. ubi ſupra, ꝙ ſi Inquiſitor non poteſt habere copiam Epiſcopi , ut quia eſt in remotis,

vel econuerſo, Epiſcopus non poteſt habere copiam inquiſitoris, ꝙ alter ſolus procedere poterit, pro hoc ibi littera poſtquam ſe requiſierint, a cõtrario, quod nota. Cõfirmat Ioan. de Imola ĩ dicta Clem. 1. Ad hoc facit gloſſa optima in verbo, commode. cap. fi. de ſepul. lib. 6. quæ dicit, ꝙ ratione incommoditatis id permittitur, quod aliàs non permitteretur. Ad hoc etiam gloſ. in verbo, deportari, cap. is qui. eiſdem tit. & lib.

Quomodo autem intelligatur in remotis, vide gloſ. ſingularem in verbo, remotis. cap. cum nullus. de tempo. ordi. lib. 6. in fine. quæ dicit quem eſſe in remotis, quando eſt vltra vnam dietam, vt cap. ſtatutum. de reſcriptis. eo. lib. Vel ſatis credit arbitrarium iudicis quis locus dicatur ĩ remotis: & ſi non poteſt habere copiam Epiſcopi vel eius vicarij, non debet requiri Capitulum vbi ſedes vacaret, vt cap. vno. ne ſede vacan. lib. 6. niſi ĩ certis caſibus de quibus iſte non eſt. Confirmat Ioan. de Imola ibidem, in dicta Clem. 1. Et ſi Epiſcopus multum diſtat, niſi eſt ibi officialis a quo poſſit haberi talis licẽtia, videtur de mẽte. ſ. litteræ, quòd facta requiſitione apud locum habitationis, tunc poterit per ſe, vt in gloſ. in verbo, Dioeceſanis. Clem. vnica. de foro compet. ibi: ſed quid ſi. Facit optime ad hoc gloſ. in verbo, in remotis. cap. fi. de teſta. lib. 6.

3 Si autem Epiſcopus ſeu eius vicarius requiſitus infra octo dies noluerit intereſſe, vel neglexerit, tunc Inquiſitor ſolus procedet ad torturam, & ad ea de quibus in dicta Clem. 1. vt dicit idem Dominus Card. Zabar. vbi ſupra, & hoc ſatis probatur ex littera ibi. Idem dicit Ioan. de Imola vbi ſupra. nam tunc conſolidatur tota poteſtas in Inquiſitorem, vt dicit Panor. in cap. cum cauſa. de offic. deleg.

4 Quid ſi Epiſcopus vel eius Vicarius venerit infra dictos octo dies, ſed diſcordant ipſe & Inquiſitor in torquendo, quia vnus dicit torquendum, alter non: dicendum ſecundum Dominum Card. Zabar. vbi ſupra, quòd ſi diſcordãt ratione proceſſuum, quia ſunt varij, quia Epiſcopus procedẽdo contra vnam perſonam fecit vnũ proceſſum varium ab eo quem fecit Inquiſitor contra eandem perſonam, tunc ſtandum eſt notatis, in cap. in præſentia, de teſtibus. Si autem diſcordant propter iuris imperitiam, tunc conſulant peritiores. argu. de vit. & hone. cle. cap. quoniam. de reſcriptis. cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem. lib. 6. Idem dicit Ioan. de Imola vbi ſupra. Facit optime ad hoc quod notatur in glo. 5. in c. per hoc, de hæret. eod. lib.

5 Sed pone, Epiſcopus vel eius Vicarius non vult conſentire torturæ, niſi videat proceſſum ſeu indicia ſuper quibus inferẽda eſt tortura, nunquid Inquiſitor tenebitur ei communicare proceſſum, & ipſa indicia, vt & ipſe Epiſcopus ſeu eius vicarius poſſit ſuper ipſis deliberare, an ſit veniẽdũ ad torturam vel non? dic quòd quando inquiſitor ſolus procedit, non tenetur cõmunicare proceſſum Epiſcopo ſeu eius vicario, vt patet per dictum cap. per hoc. ubi dicitur, proceſſerint, in plurali. ſecus a contrario ergo ſi

alter

alter tantum & ſolus procedit, vt patet in Extrauaganti Benedicti Vndecimi quæ incipit: Ex eo. extra eod. tit. Confirmat Gemi. in dicto cap. per hoc. §. verum.

Quia tñ hodie alter ſine altero procedere non poteſt ad torturam neque ad ſententiam contra eos, vt in Clem. 1. eod. tit. ver. duro. ideo cēſentur procedere communiter ſeu cõiunctim ſaltem in prædictis tortura, & ſententia contra eos. dignum eſt ergo & æquum, vt Inquiſitor communicet & oſtendat proceſſum & indicia, ſi Epiſcopus vel eius vicarius voluerit ea videre, vt ſuper eis poſſit deliberare an debeat conſentire torturæ, & ſi diſcordabunt Epiſcopus & Inquiſitor, dic vt in §. immediate præced.

9 Et nota: ſecundum eundem dominum Card. Zabar. vbi ſupra, quòd ad hoc quòd Inquiſitor requirat Epiſcopum vel eius vicarium, ſufficit vna requiſitio, vt in gl. in verbo, requiſierint, dictæ Clem. 1. Ad hoc facit optime Gemi. in c. ſi contra. de offi. deleg. lib. 6. Confirmat Ioan. de Imola in dicta Clem. 1. & Panor. in cap. cum cauſa. de offic. deleg. ſuper gloſ. 1. & ſufficit quòd iſta requiſitio fiat per nuncium vel per epiſtolam. Facit 18. diſt. ſi Epiſcopus. Confirmat Card. Zabar. ubi ſupra, & hoc ideo quia illud dicitur ſufficere, quo poſito nil aliud requiritur ad ſubſtantiā actus, vt notatur in c. ſtatutum, de reſcript. lib. 6. nam, ut dicit Panor. in cap. dilectus, de capel. mon. circa principium. miſſi ad vocandum aliquem ad aliquem actum, poſſunt teſtificari ſuper vocatione ab eis facta.

7 Dicit inſuper dominus Card. Zab. vbi ſupra, quòd in tali requiſitione non eſt neceſſe exprimi terminum, ſecundum eandem gl. in dicto uerbo requiſierint. Idem Paulus, & pro hoc quod notat Specul. de dilat. §. 1. uer. quid ſi dicatur, & 2. q. 7. c. anteriorum, in gloſ. Confirmat idem Ioannes de Imola vbi ſupra.

8 An delegatus Epiſcopi, vel capituli ſede vacante, ſuper crimine hereſis poſſit ſubdelegare & cõmittere uices ſuas alteri ab Inquiſitore: dicēdū ꝙ non. Facit l. a iudice. C. de iudi. & quod habetur in c. cum cauſam. de appel. Sed bene poteſt conſentire quòd Inquiſitor procedat, ut optime dicit gl. in verbo, Conſenſum, dictæ Clem. 1. de hæreticis. quam glo. bene vide, & diligenter conſidera, quia facit multum ad hoc propoſitum.

9 Epiſcopus tamen & Inquiſitor poſſunt ſibi inuicem committere uices ſuas, uel ſuum per litteras ſignificare conſilium & conſenſum, ut in dicta Clem. 1. §. uerum ſi Epiſcopus. Aduertendum autem quòd iſta commiſſio ſeu iſte conſenſus fiat ante uel infra octo dies poſt requiſitionem, quia elapſis ipſis nõ eſt neceſſe, ſed poterit ille qui requiſiuit ſine altero procedere, vt patet ex textu ſecundum glo. idem dicit Io. de Imola ubi ſupra.

10 Si autem Inquiſitor ſine Epiſcopo vel eius vicario aut delegato ſuo, vel capituli ſede vacante, in crimine hereſis procederet ad torturam uel ad ſententiā contra illos contra quos procedit, uel econuerſo, Epiſcopus uel

eius

eius delegatus,uel capituli ſede uacante,ſine Inquiſitore uel eius cõſenſu procederet ad prædicta,totum irritum eſſet & nullum ipſo iure, ut dicit textus illius Clem.1.ubi nota ſecundum eundẽ dominum Card. Zabar. ubi ſupra.§.duro. quod interlocutoria lata per alterũ ſine altero ipſorũ ſuper carcere duro,ſcilicet ad pęnam & non ad cuſtodiam, uel ſuper tortura,ipſo iure non tenet,ut dicit glo.in uerbo,ipſo iure. dictæ Cle.1.& ab ea poterit appellari hoc caſu,quod dic in ipſa glo.quam nota. & idẽ Paulus.hæc Dom.Card.Zabar.ubi ſupra.

11 Tortura debet eſſe moderata, & debet iudex animaduerte ad indicia & ad qualitatem perſonæ,an ſit fortis in reſiſtendo, an ne: & debet ita torquere,ut tortum ſeruet incolumem innocentiæ vel ſupplicio, ut ſic ſi deliquit poſſit pati ſupplicium debitum,ſi uero eſt innocens, non patiatur corporis defectum,ut l.quemadmodum.ff. de queſtio. hæc Panor.in cap.cum in contemplatione.de reg.iur.& Ioan.And.ibidem.

12 Immo Iudex non ſit facilis ad torturã:nam, ut Gandinus dixit in tractatu Maleficiorum,in rubrica de queſtionibus & tormentis, in princ.iudex qui de aliquo quæſtionem habere intendit,ante omnia habere debet iuris & humanitatis rationem,& hanc conſiderationem,videlicet,ut non facile & repente ad quæſtionẽ proſiliat, ſi aliqua alia uia leuiori poteſt obiecti criminis ueritas inueniri, quantumcunque adſint indicia uel veriſimilia argumẽta.hæc Angel.in lib.malefi.clauſula,fama publica pręcedente.col.34.ibi:Secundo quæro.& in addit.ſequenti. Cõfirmat do. Paris de Puteo in tractatu de ſyndicatu,in c. incipiente; officialis poſuit ad cordam.

13 Debet etiam iudex arbitrari vnde magis ſperat habere ueritatem per torturam, & ab illo ſumere initium: ut puta, a magis ſuſpecto, uel a magis debili, & a filio prius quam a patre, etiam in conſpectu ipſius patris,& a fœminis quæ ſunt debiliores.l.filiã.C.de inoffi.teſtamen. & cap. forus.de uerb.ſignifi.ſecundum Dynum in tractatu de quæſtionibus, in ver.quo ordine.& moderamen torturæ eſt arbitrarium, l.quæſtionis.ff. eodem.ſecundum Dynum in dicto tractatu.

Et dicit Bart.in tractatu de quæſtionibus, quod ſi tortus dicat in tormentis,ſi ſtarem per decem annos nihil dicam,nõ debet propterea dimitti,ſed cum temperie procedetur ſecundum qualitatem eius;& ſi non confitebitur,detinebitur in carcere.hęc Dominus Paris de Puteo,de Neapoli,in tractatu de ſyndicatu,in cap.incipien.An ſtetur dicto torti.

14 In his autem quę fiunt in ſecreto & in occultis criminibus, iudex debet eſſe facilior ad tormenta,ſecundum Bal.in l.3.C.de Epiſc. audien.& ꝙ ipſe notat in l.fi.C.de prob. & in l.ſi qui adulteri. C. de adul. quia in his q̃ in ſecreto fieri conſueuerunt, proceditur ex coniecturis & pręſumptionibus,ut dicitur in l.fi.C.de per.tuto.ubi gl.notabilis,& Bal. in l.q-

cunque.

cunque.C.de ſer.fugi.& in rubrica C.de probat. hæc dominus Paris ubi ſupra in dicto capitulo incipiente: An ſtetur dicto torti.colum. 11.verſi. & in occultis.

15 Tortura ſi debet dari, oportet quod duo concurrant, primo quod ueritas aliter haberi non poſſit, nam infertur cauſa inueſtigandi ueritatem, ut l.diuus Pius.ff.de quæſt.& 5.q.5.cap.illi.ubi bonus textus cum gloſ. Secundo oportet, quod procedant aliqua indicia, ſeu præſumptiones, uel ſemiplenæ probationes: nam ſine indicijs non eſt inferenda tortura, ut dicta regula.cum in contemplatione.& in glo.2.ca.quæſtionem. 12.q.2.& in l.ex libro.ff.de quæſtio. hæc Panor. in dicta regula. cum in contemplatione.in princip.ibi; ſecundo quæritur.& ideo ſis cautus, quod facias apparere in actis qualiter non potens aliter habere veritatem, declaraſti fore deueniendum ad torturam.

16 Quæ aũt indicia ſufficiant ad inferendã torturã, non põt dari certa doctrina, ſed relinquitur arbitrio iudicis, & boni iudicis, qui ſecũdum qualitatem perſonæ, & delicti, ac ſuſpicionũ indicabit indicium eſſe ſufficiens & idoneum ad torturam uel non. Ita dicit Bart.in l.fi.ff. de quæſt. idem in l.2.C.quo.appellat.non recip.arg.ff.de teſti.l.3.in principio. Quia in non determinatis a iure ſtatur arbitrio iudicis.ff.de pœnis l. hodie. & l. ſancio.de offi.deleg.cap.de cauſis.in fi.& Panor.ibi. & dominus Paris in dicto tractatu de ſyndicatu.cap. incipiente; officialis poſuit ad cordam. uerſ.Quæ ſunt indicia. Confirmat Panor.in dicta regula.cum in contemplatione.Facit.ff.ad Turpilli. l.1.§.calumniatoribus.

Et quia tormenta loco teſtiũ ſubrogantur, põt dici de eis illud, qđ dr̃ iudici de teſtibus; Tu magis ſcire potes quãta fides ſit adhibenda.ff.de teſti.l.3.§.fi.tu magis.hæc dominus Paris, ubi ſupra in c.incipiente; Mãdauit rex Poteſtati.col.6.uerſi.de indicijs ad torturam non poteſt dari.

Vtrum autem vnum iudiciũ ſufficiat, uel plura requirantur, dic quod hoc reſidet in pectore iudicis, & bonus iudex debet ſollicite inſtare ad indicia indaganda, & de his omnibus habes ſupra in uerbo, indicium. §. ſeptimo.

17 De indicijs ad torturam habes ſupra plura declarata in uerbo, indiciũ §.octauo, nono, decimo, & undecimo.

18 Præterea ſecundum Panor.in dicta regula.cum in contemplatione.ibi ſecundo quæritur. unus teſtis eſt ſufficiens indicium ad torturam ſecundum omnes, de quo eſt gloſ.in l.3.C.ad l. Iul.maieſt. quod procedit niſi alia ratio ſuadeat in contrarium.

19 Fama ſi eſt uehemens contra aliquẽ de aliquo crimine, ſufficit ad torturam, & famoſitas operatur quod quis torqueatur. de hoc habes ſupra in uerbo fama.§.ſexto.uide etiam de hoc infra, eodem uerbo.§.22.

20 Fuga cum alio indicio, ſcilicet publica uoce & fama, contra fugientem

facit

facit quod fugiens poſſit torqueri. hæc Angel. in lib. malefi. clauſula, fama publica præcedente. col. 14. ibi: Et ideo Guido.

21 Confeſſio facta extra iudicium producit indicium ualidum ad ſupponendum confeſſum torturæ, ut notat gl. & Doctores in l. capite quinto. ff. de adulter. Confirmat Panorm. in cap. de hoc. de ſimo. ſuper glo. 1. & cap. at ſi clerici. de iudi. ſuper glo. 1. Confirmat Angel. clauſula, Comparuerunt dicti Inquiſiti, & negauerunt. poſt prin.

22 Si cum fama eſt unum aliud indicium, tunc poterit reus poni ad torturam. Angel. in lib. malefi. clauſula, fama publica præcedente. col. 11. ibi & an fama ſit ſufficiens indicium. & in additione ſequenti.

23 Suſpecti ſunt torquendi, ut dicit gloſ. in uerbo, quæſtionibus. c. 1. de depoſito, facit ad hoc l. 1. ff. de quæſt.

Quanta autem ſuſpicio, ſeu preſumptio requiratur ad torturam inferendam, iudex ex ſuo bono & æquo iudicio arbitrabitur, de quo habes ſupra in uerbo, præſumptio. §. 3. unde dominus Card. Zabar. in Clem. 1. de hæret. §. verum quia. quæſito 2. dicit, quod ſuſpectus de hereſi contra quem probatũ eſt per unum teſtẽ, poteſt torqueri, per ea quæ not. dicta l. 3. C. ad l. Iul. maieſt. cum æquipararetur crimen hæreſis crimini læſæ maieſtatis. cap. vergentis. de hæreticis. & quod notatur 15. quæſt. 6. in ſumma. uide de hoc ſupra in uerbo, practica. ibi: Si autem ſemiplene probata eſt hæreſis.

24 Si Seius confeſſus eſt ſe promiſiſſe Titio centum, ut eum de morte patris ſui non accuſaret, ex tali confeſſione poſſet poni ad torturam. Bar. in tractatu de queſtio. & Bal. in tit. de pace iur. firmã. §. iniuria. dixit, quod ſi talis laborat infamia, poſſit torqueri, quia vehemens infamia etiam ſine alio indicio ſufficit ad torturã. de purga. cano. c. ſi quis. ubi Inno. arg. ff. de proba. l. cũ probatio. & ff. de ædil. edic. l. quærro §. fi. hæc dominus Paris in tractatu de ſyndicatu, in c. incipien. An ſtetur dicto torti. col. 11.

25 Eſt etiam indicium ad torturam quãdo reus delatus examinatur a iudice & loquitur trepide, pauendo & uariando, ſecundum Bar. in l. de minore. §. tormẽta. ff. de queſtion. & in tractatu de quæſtionibus, dixit, ꝙ ubi alia indicia non præcedunt extrinſeca, ex eo quod facit reus coram iudice, puta, loquendo trepide, pauendo, & trepidando, iſtud erit indiciũ ſufficiens ad torturam, & iudex debet hoc ſcribi facere in actis, quia hoc dicebat, trepidando & balbutiendo, & ſimilia, & quod iſta dicebat uariãdo, & ſcribantur uariationes & diuerſitates reſponſionum ſuarum. hæc Dominus Paris ubi ſupra, in c. incipiente; uiſo de indiciis indubitatis, reſtat uidere, &c. Cõfirmat Angel. in lib. malefi. clauſula, fama publica præcedente. col. 41. in principio. uide ad hoc Bertachinum in ſuo Repertorio, dictione, tortura. 23. & Inno. in c. quoniam. de proba.

26 Quidam fuit minatus alteri de percutiendo eum, demum fuit per-

cuſſus,& neſcitur a quo,præſumendum eſt quod fuerit ille qui minas intulit,quia ex præterito præſumitur circa pręſens.ca.ſcribã. de pręſump. non tamen iſta præſumptio ſufficit ad condemnationem,quia in criminalibus debent eſſe probationes luce clariores. l. ſciant cuncti. de probat. canonizata 2.quæſt.8.dicit tamen Spec.in tit.de pręſumpt.§.....arg.c.fi. quod talis præſumptio ſufficiet ut ſupponatur torturę,quod nota,& uide Specu. ibi latius,& quod nota.in c.auditis.de in integ.reſti.& in ca.auditis.de præſcript.hæc Panor.in dicto cap. ſcribam. Idem dicit Angel. in lib.maleſi.clauſula prædicta.col.6.in fine.& hoc præcipue quando minator fuerit hoc malæ conditionis, & aſſuetus minas executioni mandare.

27 Ideo iudex diſcretus in his caute proſpiciat iuxta loca,tẽpora,& perſonas.ff.de actio.& oblig.l.filium.in fine.12.diſt.c.quiſquis.26.diſt.per totum 14.q.2.c.ſupra prudentiam.hæc dominus Paris ubi ſupra in dicto c.incipiente:viſo de iudiciis,&c.

28 Nam in criminalibus oculus iudicis præſtat arbitrium ad torturam, ideo iudex debet eſſe ualde prudens in talibus Bal.in l.3.C.de Epiſc.audien.& debet iudex eſſe ſubtilis.inueſtigator pro inueſtiganda ueritate, & maleficio inueniendo,interrogãdo etiã de remotis circunſtãtiis,& fingendo ſe uelle facere quod tamen non vult, ut uideat quem actum facit reus qui examinatur,& qualiter ſe gerat.arg.c.afferre.de pręſũpt.hęc dominus Paris ubi ſupra,in ca. incipiente:& aduertendum eſt,quod iudex pro inueſtiganda.

29 Nota quod inculpatio ſocii eſt ſufficiens indicium ad torturam, in caſibus in quibus põt quis de ſocijs interrogari.hæc Angel.clauſula, fama publica præcedente.col.41.ibi;decimo quęro.Confirmat dominus Paris in dicto tractatu,in capitulo incipiẽte;An ſtetur dicto torti,uerſiculo,an dictũ ſocii. poſſunt autem interrogari ſocij criminis in crimine hæreſis, ut in c.in fidei fauorẽ.eo.tit.lib.6.Facit ad hoc glo.fi.c.quomodo aliqua de teſti.poſſunt etiam interrogari in crimine læſę maieſtatis,ut in ca.1.de confeſ.iuncta glo.2.ibidem.ergo & in crimine hæreſis, cum æquiparentur,ut c.uergentis.de hære.& de hoc uide ſupra in uerbo,hæreſis crimẽ. & quod in crimine hæreſis poſſunt interrogari ſocij & cõplices,habes ſupra,in uerbo,teſtes.§.16.Facit ad prædicta quod not.Panor.in c.1.de cõfeſſ.ubi de hac materia uide latius.& quod dicit idem Panor.in cap.quoniam.de teſti.in fine.ibi;Nota & tene menti.

30 In tribus caſibus poteſt quis etiam ſine iudiciis torqueri,ut notatur in glo.2.c.quæſtionem.12.q.2.

31 Clericus poteſt torqueri,ut not.Panor.in cap.1.de depoſito.in prin.& Angel.in lib.maleſi.clauſula,Che hai tradito la patria.in prin. unde putat Panor.ubi ſupra,quod quemadmodũ contra laicum ſufficit unus bonus teſtis ad torturam,ut eſt glo.notabilis in l.3.C.ad leg.Iul.maieſt.ita &con-

& contra clericum. Confirmat idem Panor. in c. cum in contemplatione. de reg. iuris.

32 Inſuper nota, quòd magiſtratus, Doctor, miles, & ſimiles, qui in alijs criminibus ſunt exceptuati, poſſunt torqueri in crimine læſæ maieſtatis, vt l. de minore. in prin. & l. ex libero, §. 1. de quæſtio. & de re mil. l. proditores, & poſſunt etiam torqueri in crimine hæreſis, ut no. gloſ. in l. 3. C. ad l. Iul. maieſt. hæc Angel. in lib. malefic. clauſula, fama publica præcedēte, col. 37, in fi. & clauſula, Che hai tradito la patria, in princ.

33 Non debet torqueri minor quatuordecim annis, licet veritas ab eo ferula vel corrigia haberi nō poſſit, vt in l. 1. §. impuberes, ff. ad Syllan. & in dicta l. ex libero. §. 1. Ad idem eſt Panormit. in dicto cap. cum in contemplatione.

34 Senes decrepitæ ætatis non debent torqueri, ut in l. 3. ff. ad Syllan. & Panor. in d. c. cum in contemplatione. circa finem. Fallit tamen in crimine læſæ maieſtatis. l. nullus, C. ad l. Iul. maieſt. & quia crimen hæreſis æquiparatur, immo maius eſt crimine lęſæ maieſtatis, ut habetur ſupra in verbo, hæreſis, ideo ſimiliter fallit in crimine hæreſis. Confirmat Ludouicus Bologninus in additionibus, in tracta. Guido de Suza. de tormen. in 2. colum. vbi allegant idem tenere Angel. Aret. in tracta. malefic. clauſula, fama publica præcedente, verſi. ſexto quęro. Quæ autē ſit decrepita ętas, declaratur in gl. in verbo, perfectus, c. ſacroſanctæ, in proœmio lib. 6. in princ. ipſius gl. vbi dicitur, quòd quinta ætas durat vſque ad 70. annos & ſexta abinde, & dicitur ſenium aliarum ætatum terminus.

35 Mulier prægnans non debet torqueri, ut in l. prægnantis, ff. de pęnis, & Panor. in d. c. cum in contemplatione, in fine, unde ſi habeas aliquam mulierem, quam velis ſubijcere torturæ, & dicat ſe prægnantē, nec tamē appareant ſigna imprægnationis, facias eam diligenter inſpici ab aliquibus matronis expertis in huiuſmodi, & quæ ſint bonæ conditionis, & famę, quibus merito ſit credendum, ut in cap. cum P. & cap. conſtitutus. de purga. cano. qua inſpecta, facias quòd matronę coram te in præſentia teſtium & notarij cum iuramento referant quid ſentiant, & facias ipſam relationē ſcribi per notarium in actis; & ſi viderint in ea ſigna impregnationis, uel dubitent, quòd ſit prægnans, non facias eam torqueri: ſi autem dixerint eam non eſſe pregnantem, & quòd nulla ſigna impregnationis perpenderint in ea, neque dubitant, quòd ſit pregnans, tunc inter loquēdo pronuncies ipſam eſſe torquendam, in qua pronunciatione poteris talem modum tenere: *Cum talis mulier ſit vehementer de hæreſi ſuſpecta, & contra eam adſint indicia ſufficientia ad torturam, & licet dixerit ſe prægnantem, tamen, attento, quòd ex commiſſione noſtra fuit per talem & talem matronas expertas, & cæt. diligenter inſpecta, & dictæ matronæ cum ſuo iuramento retulerint nobis ipſam non eſſe prægnantem, & quòd nulla ſigna*

quòd ſit pregnans viderunt in ea; & etiam attento quòd veritas aliter haberi non poteſt, ideo interloquendo pronunciamus & declaramus eam eſſe ſubijciendam quæſtionibus & tormentis, &c. & ita poteris eam ſecure facere torqueri.

39 Tortura ſemel habita an poſſit reiterari pro eodem facto, dicendum ſecundum Panor. in d.c. cum in contemplatione, ibi: ſeptimo quæritur, quòd aut oriuntur noua indicia, puta reperitur eſſe in mendacio, vel alia indicia aliunde ſuperuenerunt, & tunc poteſt repeti, aut nulla indicia de nouo ſuperuenerunt, & tunc non debet repeti, vt l. repeti, & l. vnius, ff. de quæſtio. Intellige prædicta ſecundum Angel. in lib. maleſi. clauſula, fama publica præcedente, col. 35. quando quis fuit tortus ſufficienter ſecundũ indicia: ſed ſi fuit tortus inſufficienter, bene poteſt tortura reiterari.

37 Dicuntur autem noua indicia, quæ differunt a præcedentibus ſpecie, vel ſubſtantia, puta prima indicia erant de mala fama, poſtea ſuperuenerunt alia, videlicet, quòd aliquis vidit eum percuſſiſſe, &c.

Si autem aliquis iterum dicat de mala fama, non eſt nouum indicium ſed eſt confirmatio primi indicii, & non poteſt propter hoc repeti. hæc Angel. vbi ſupra, clauſula, fama publica præcedẽte. col. 36. ibi: quero quę dicantur noua indicia.

38. Sed nota quòd erit arbitrium hoc quòd dicitur de repetitione torturæ, & hoc communiter obſeruatur, quia quando indiciatus videtur, quòd non ſit ſufficienter tortus pro prima vice, habita conſideratione robuſtitatis torti, & tolerantiæ tormentorum, vel eius debilitatis, ac indiciorum vehementia, & delicti immanitate, ac etiam loci torturæ, ſi tractæ fuerunt datæ a loco multum alto vel baſſo, vel ſi fuit parum altiatus, quia tunc repetitur tortura, quaſi prima nõ fuerit integra, vel ſi iudex dixerit, nõ plus pro hodie: quando enim videtur quòd tortus parum curat de corda, & nihil confitetur, pro prima vice debet incipi a leui tortura, deinde deſiſtere, & debet iudex proteſtari quòd intendit ſuperſedere in tortura, ex certis iuſtis cauſis, & repetere ipſam ſi & quoties opus fuerit ad eruendam veritatem, & tunc facere ipſum quieſcere per octo vel decem dies, deinde repetatur tortura, hæc dominus Paris vbi ſupra, in cap. incipiente, de repetitione torturę ſcias.

39 Et nota vlterius, quòd iudex bis vel ter torſit reum, & non fuit confeſſus aliquid, debet habere indicia pro purgatis, aliàs videretur habere illum pro conuicto ex ſolis indicijs, ſi ipſum non liberaret quouſque confiteretur, & ideo dixit Bart. quòd iudices hoc agentes maleſaciunt in l. fin. ff. de quæſtio. cum debeant moderate procedere in tortura, vt ff. eo. tit. l. de minore. §. tormenta. & propterea immoderate procederẽt ſi vltra tres vices diuerſis temporibus quæſtionem repeterẽt, cum ſit prędicialis, ſecundum Paulum de Caſtro in conſil. 187. hæc dominus Paris vbi ſupra,

in cap.

in cap.incipien. ſequitur quæſtio quotidiana, col.4. verſ.Modo videndũ eſt de purgatione indiciorum.

40 Sed aduerte vnam bonam cautelam, quòd facias in actis apparere torturam cum moderamine habitam fuiſſe, ſecundum quòd indicia de tali infamato demonſtrabant.hæc Angel.in lib.malefi.clauſula,fama publica præcedente,col.44.ibi:Sed aduerte.& in col.45.

41 Et ſit bene cautus iudex ad hoc, ne dicatur eum habuiſſe confeſſionẽ in tortura per ſuggeſtionem, quia non debet interrogare reum in ſpecie, an fecit ſic vel ſic,ſed eſt interrogandus in genere,vt puta, quod fecit, uel quale delictum commiſit, vel quis fecit tale maleficium,ne uideatur reus vt inſtructus reſpondere.

Si autem negat & perſeuerat in negatione,debet in carceribus reponi, & iterum torqueri,ſi noua indicia ſuperuenerunt,vel ſi vacillat & reperitur in mendacio,uel ſi non eſt ſufficienter tortus, vt dictum eſt ſupra,eo. verbo,§.36.hæc Angel.vbi ſupra,eadem clauſula,& eadem.col.44. in fi. ibi: Tertio ſit bene cautus.

42 Et nota unam aliam bonam, pulchram, & ſalubrem cautelam, quòd quando præcedẽtibus indicijs torqueas aliquem, & uno ſero dicit unum, & alio ſero dicit aliud variando, tunc non parcas calamo, immo omnia quę dicit,& iſtas varietates facies ſcribi in actis,& tunc ſecure ſæpe,etiam aliis indiciis non ſuperuenientibus, potes in eum torturam repetere. ita dicit Bart.in d.§.tormenta,in prin. ff. de quæſt. l.de minore.hæc Angel. vbi ſupra,clauſula, fama publica.col.41.in prin.

43 Si quis confitetur in tormentis,vel metu tormentorum, vel ligatus ad torturam, vel ante locum ductus, & ſpoliatus, debet ratificare ad banchum, aliàs non valet illa ſua confeſſio, quia videtur eam feciſſe metu tormentorum, vt l.1.de quæſtio. & 15. quæſt. 6. in cap.1.& 31.quæſt. 2.Lotharius.& debet tortus quieſcere per unam diem naturalẽ poſt torturam antequam ratificet,vel erit in arbitrio iudicis facere eum ratificare eo tempore quo veriſimiliter ceſſauerit metus tormentorum.hæc Angel. eadem clauſula,fama publica precedente.col.2.ibi:poſtquam aliquis eſt. Facit Panor.in d.c.cum in contemplatione.

44 Nota tamen quòd licet iudex exiſtens extra locum torturæ dicat reo, aut confitearis,aut ducam te ad tormenta, inferendo ei terrorem de hoc quantum poterit,& reus his auditis fuit confeſſus,in iſto caſu non dicitur confeſſio facta metu tormentorum, quia leuis eſt territio iſta,hæc Angel. eadem clauſula,fama publica,col.44.ibi:Quarto limita.

45 Scias quòd ſecundum Bal.in l.2.C. quo appel.non recip.leuis tortura non eſt tortura; & etiam nota quòd corda ſubtilis, dum tamen ſit fortis, eſt magis apta ad torturam quàm groſſa.hæc Dominus Paris ubi ſupra,in c.incipiente:de repetitione torturæ ſcias.

46 Inſuper ſcias quòd ratificatio dictorum in tormentis perſeuerata & iurata excludit omnem dubitationē & exceptionem,Bar.ī l.inter omnes §.recte.ff.de fur.quæ ratificatio tanquam ſpontanea confeſſio tollit facultatem ī termino defenſorio opponendi de ineptitudine proceſſus, ſecundum Inno. & alios,in cap.qualiter & quando,de accuſa. & ſecundū Bar. in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reo.& Bald.in l.quoties. ff.de iudi.& in l.1.C. de confeſ.& erit arbitrio iudicis quomodo & quando veriſimiliter ceſſet metus tormentorum. Bart.in l.1.§.diuus.ff.de quæſtio.& in l.fi.ff.de cuſto.reo.& Bal. in l.1.C.de confeſ. Salicetus ī l.fin.C.de quæſtio.Satis eſt enim quòd poſt tormenta reducatur ad locū publici iudicij, & ibi confiteatur.l.2.ff.de cuſto.reo.dum tamen non incontinenti poſt tormenta reducatur, per notata in cap. officij.de elect. & not.in l.metum.in prin.C. quod metus cau.cum ſola ſuſpicio non ſit attendenda,quia aliàs nunquā valeret ratificatio, per l.item apud. §.quæſtionē.C.de iniur.aliqui enim tormenta contemnūt,& alii impatientes potius mentiuntur, l. 1.§.quoties.ff.de quæſtio. quod bene debet inſpici ſecundum Angel.in l.uacantia.C. de bonis uacan.& ideo relinquitur iudicis arbitrio & iudicio quando ueriſimiliter ceſſet metus tormentorum,ut modo dictum eſt:& ſi quis cum iuramento fuerit confeſſus delictum, ſi deinde negat, debet repeti tortura,per nota.in l.non tantum.C.de appel.quia confeſſio operatur ꝙ ſententia executioni mandetur. Facit deciſio Rotæ noua. 171.quæ incipit:Item quòd licet confeſſio.& Bal.in l.prima.C.de confe.hæc dominus Paris in dicto tratactu de ſyndicatu, capitulo incipiente: Ratificatio dictorum in tormentis.

47 Sed bene aduerte, quia confeſſio facta in tormentis non præcedentibus indiciis,etiam ſi poſtea reus eam ratificauit,non eſt ſufficiens ad condemnandum aliquem ad mortem,ſecus tamen ſi ſponte & abſque tortura confeſſus fuiſſet,quia tunc ēt non præcedentibus indiciis,uel etiam nō data indiciorum copia,ex tali ſpontanea confeſſione poteſt damnari, ut eſt textus & ibi not.in cap.1.de accuſ.lib.6.Ita not.Petrus de Ancharano in Clem. 1.de homici.hæc Angel. in libro malefi. clauſula. fama publica præcedente.col.10.in principio.

48 Sed pone,aliquis eſt confeſſus ī tormentis,& poſt torturā negat,quid faciet iudex? quòd reus cogatur perſeuerare in illa confeſſione facta in tortura,& ita uidetur eſſe de mente Doctorum,maxime Bal.ī l.2.ff.de cuſto. reo.& ideo niſi reuocans probet contrarium, cogitur perſeuerare in tali confeſſione per repetitionem tormētorum, & ideo poteſt iudex talē negantem, quod primo confeſſus fuerat,iterum torquere. hæc Angel. in dicto libro,clauſula, comparuerunt dicti inquiſiti & negauerunt totum. colum.1.ibi: Adde quod Bal.& etiā ibi ſuperius, col.præcedenti,in principio.ibi:Aduertendum eſt.& ibi:uide bonam practicam quid ſit faciendum

dum circa confitentem & poſtea negantem, & quando ſit ſubijciendus torturæ. Facit etiam ad hoc quod dicit idem Angel. in dicto lib. clauſula, fama publica pręcedēte. col. 44. in fi. ibi; Tertio ſit bene cautus iudex. Prędicta omnia bene nota & tene menti, quia faciunt multum ad propoſitum in officio Inquiſitionis.

49 Vbi notandum eſt ulterius, quod caſu quo tortus dixerit unum, & ſecundo cortus dixerit cōtrarium, torquēdus eſt tertio, ut uideatur in quo dicto magis perſeuerat. Facit ad hoc quod dicit Inno. in cap. penult. de teſti. hæc Dominus Paris in dicto tractatu de ſyndicatu, in cap. incipiente teſtis inteſtimonio uariās uel uacillans. & in cap. incipiente; uiſo de repetitione torti ſemper negantis. col. prima. in fine. & allegat gl. in l. fi. C. de quæſtio. in uerſi. Alii. uide ad hoc ſupra eodem uerbo. §. 42.

50 Et ideo ad iſta nota bene id quod dicit Bal. in l. bonę fidei. C. de iureiu. vbi dicit, quod ſi reus fuerit confeſſus in tormentis, quod ſine nouis indiciis poterit repeti in tormentis, quia illa confeſſio facit ſemiplenā probationem, & in ea cogitur perſeuerare; qui etiam dixit, quod ille qui primo fuit confeſſus, & poſtea vult reuocare confeſſionem, debet probare contra confeſſionem ſi non probat, compellitur perſeuerare in prima per repetitionem tormentorum. Allegat Inno. in cap. per Inquiſitionē. de electio hęc Dominus Paris vbi ſupra, in cap. incipiente; de repetitione torturæ ſcias. in prin. & in dicto cap. incipiente; uiſo de repetitione torti. in prin. & de hoc uide ſupra eodem uerbo. §. 43.

51 Vlterius nota, quod licet Bart. dicat in l. fin. ff. de quæſtio. quod ex eo quod dari debet copia parti antequā ſubiiciatur torturæ, non ſufficerēt teſtes, qui in generali Inquiſitione fuerunt examinati contra reum, quia non fuerunt examinati ipſo citato & exiſtente cōtradictore, quia hoc nō obſtat in crimine hæreſis, quia in eo formatur Inquiſitio contra certum genus perſonarum, & tunc in effectu uidetur formata cōtra quemlibet, & ideo non eſt opus ut de nouo recipiantur illæ probationes receptę in generali Inquiſitione. ut habetur ſupra uerbo, Inquiſitio. §. fi. & pręterea in crimine hęreſis ꝓcedit iudex ſeu Inquiſitor ex mero officio ſuo; quia non procedit ad accuſationem alicuius accuſantis, ſed ex depoſitionibus ſumptis ex officio ſuo, & ideo non eſt neceſſe quod tradat reo copiam indiciorum & articulorum, ut dicitur in uerbo immediate ſequenti; dictū autem Bart. ſuperius allegatum procedit ubi iudex nō procedit ex mero officio ſuo, & quando Inquiſitio generalis non formantur contra certum genus perſonarum, & quādo pars citari debet ad uidēdum iurare teſtes, quod in crimine hæreſis non contingit, quia ibi propter periculum imminens ſubticentur nomina teſtium ſeu deponentium, ut in cap. fi. de hæreticis. lib. 6. §. iubemus.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 Torturæ non poteſt exponere quenquam,&c.] *De tormentis in cauſa fidei copioſe diſſerit Eymericus in Directorio Inquiſit.parte 3.in 3.modo terminandi proceſſum fidei,& eadem parte 3. quæſt. 61. quibus locis addimus quæcunque ad hoc inſtitutum videbantur neceſſaria. adde præterea Simancam de Catho.inſtit.tit.95. de tormentis. & criminaliſtas ubique.nulli enim hanc tractationem omiſerunt. auctor hoc loco abunde ſatis commemorat præcipua quædam capita huc ſpectantia:certum non omnia neceſſaria hinc percipientur, eſt enim hæc tractatio late patens.*

38 Si trattæ fuerint datæ a loco multũ alto .] *Tratta dictio vulgaris eſt, per quam ſignificantur conquaſſationes illæ,quibus is qui torquetur,ſurſum deorſum miſſus concutitur.*

39 Et nota ulterius,quod ſi iudex bis uel ter torſit reum,&c.[*Videtur ſentire auctor ter poſſe repeti torturam, quæ res non eſt adeo certa, ut facile poſſit aut debeat uſurpari.de quo articulo præter illa quæ ſcripſi in Direct.Inquiſi. par.3. ſuper 3. modo proceſſum fidei terminandi,uide Iulium Clarum in pract. cri.quæſt.64.uerſ.ultimo uidendum eſt.& Antonium Gomezium tomo 3. uariar.reſolut.cap.13.de tortura reorum,nu.26.*

TRADERE COPIAM INDICIORVM.

1 TRadere copiam indiciorum & articulorum an teneatur Inquiſitor reo contra quem procedit ſuper crimine hæreſis,dicẽdum eſt quod quando proceditur ex mero iudicis officio,uel per modum notorij,& ex publica fama,tollitur neceſſitas traditionis copiæ indiciorum & articulorum,ut dicit Ang.in l.ſi uacantia.in repetitione.in uerſi. de quinto articulo.& Butrius in c.qualiter.de accu.hæc dom.Paris ubi ſupra,in c.incipiente:Mandauit rex Poteſtati.verſiculo. Quando proceditur ex mero. in columna ſeptima.

ANNOTATIONES.

1 Tradere copiam indiciorum & articulorum,&c.] *Exploratum eſt,exemplum ſeu copiam indiciorum dandam,eſſe reo,& concedendam dilationem ad ea diluenda,& ſuam innocentiam probandam, hoc enim & naturalia & humana iura fieri poſtulant,& iuriſconſulti uno ore fatentur,& tradunt paſſim criminaliſtæ.ſed præ aliis uideto Iulium Clarum in pract.crimina.quæſtio.49.& Antonium Gomezium tomo 3.variar.reſolu.cap.13.num.21.*

Cæterum

Ceterum in hoc crimine indiciorum copia traditur illæ circunſtantiæ tacenda ſunt et ſupprimendę, ex quibus reus poſſet in notitiam teſtium ſiue accuſatorum deuenire, ut copioſe explicaui in Directorio Inquiſit. parte 3. ſuper quæſt. 75. quales autem ſint illæ circunſtantiæ ibidem dixi.

VERBA HÆRETICALIA PROFERENS.

1 Verba hęreticalia proferens iocoſe & per lubricum linguę poterit puniri non tanquam hęreticus, ſed extraordinarie arbitrio inquiſitoris, & imponetur ei aliqualis pœna, quia talis locus non eſt permittẽdus. hęc dominus Card. Zabar. in Cle. unica. de uſuris. §. ſane. quęſito 4. & in Clem. fidei catholicę. de ſumma trini. & fide catho. uerſi. Nos igitur, in fine. Facit ad hoc cap. unicum. de ſchiſmaticis. lib. 6. in fine. & quod dicit Geminia. ibidem.

2 Sed aduertendum, quod impoſitio talis pęnitentiæ attendenda eſt ſecundum qualitatem perſonę, loci, aſtantium, & ſcãdali, quę omnia ſunt attendenda in puniendis delictis. ut in cap. ſicut dignũ. de homi. in prin. ff. de pœnis. l. aut facta. optime facit ad hoc Panor. in dicto c. ſicut dignũ.

3 Dicentes uerba hęreticalia, & tenentes contra determinationem Eccleſię, debent puniri ut hęretici, ex quo iſti ſunt per Eccleſiam damnati, de ſumma trinit. Cle. 1. §. penul. & hoc niſi ſint parati corrigi ueritate patefacta, tunc enim non ſunt puniendi ut hęretici. 18. diſt. nec licuit. 21. diſt. nunc autem. 23. q. 1. hęc eſt. & quęſt. ult. dixit. ubi de hoc expreſſum. ſed poſſunt ſubiici pęnitentiæ, c. accuſatus. §. ſi uero. §. porro, de hære. lib. 6. hæc dominus Card. Zabar. in Clem. fi. de hęret. uerſi. cum autem. Concordat Io. de Imola in dicta Cle. ſuper glo. in uerbo, propagẽtur. in prin.

4 Sed uſque ad quod tempus iſti poſſunt ſe corrigere, dicit Zenzelinus quod antequam ſint coram Inquiſitore, immo etiam poſtea ſi ſponte uolunt corrigi, ſecus ſi negent & ſe conuinci patiantur, quia tũc pertinaces cenſentur dictis auribus: & licet tales habeantur pro hęreticis, non tamẽ pro relapſis. c. ſuper eo. eo. tit. & dicto cap. accuſatus. lib. 6. hæc dominus Card. Zabar. ubi ſupra. Concordat Ioan. de Imola ubi ſupra. & bene uide quod dicit idem Ioan. ibidem.

ANNOTATIONES.

1 Verba hæreticalia proferens iocoſe, & per lubricum linguæ poterit puniri, &c.] *Proferentes verba hęreticalia iocoſe, per lubricum linguæ, ſiue incogitanter, an & quomodo ſunt puniendi, tradunt Zabarella loco citato hic ab auctore, Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 28. Gondiſſaluus tract. de hæret. quæſtio prima, nume. 7. Palacius Rubeus in allegatione de hæ-*

reſt.§.4. Simancas de Cathol.inſtit.tit.17.& Ioannes Roias in ſingularibus,fidei,ſingul.103.incipien.Iocoſe dictum.& nos diximus copioſe in Directorio Inquiſit.parte 3.in tit.de forma examinationis teſtium.nu.72.§.quod dictus talis.

In pœna autem imponenda illa conſideranda ſunt,quæ ibi admonuimus, nam perſonarum qualitas expendenda eſt,& uerbi hæreticalis per iocum prolati genus eſt uidendum,& modus quoque proferendi eſt diligenter ponderandus.

VICARIVS.

1 Vicarius generalis Epiſcopi, uel Capituli ſede uacante, ſecundum Lau.non habet poteſtatem procedendi ſuper crimine hæreſis,quia requiritur ſpeciale mandatum,& in hoc erit tunc delegatus, licet in alijs ſit ordinarius, & ideo ſi in hoc crimine appellaretur a uicario habente ſpeciale mandatum,appellabitur ad delegantem Epiſcopum,uel capitulum ſede uacante,ſecundum Lau.facit quod notatur in cap.2.de offic.vicarii,lib.6.per Ioan.de ſancto Geor.& Lau.hęc Ioannes de Imola,in Clement.1.de hæreticis.prope finem. Ad hoc nota textum dicta Clemen. prima.de hæreticis.§.duro.& bene pondera textum illum,quia dicit Inquiſitor ſine Epiſcopo diœceſano,uel eius officiali,uel epiſcopali ſede uacante.capituli, ſuper hoc delegato, non autem dicit ſine Epiſcopo, ſeu eius vicario.uide ad hoc dominũ Cardinalem Zabarel.ſuper dicto §. duro.quæſito duodecimo.Facit optime ad hoc glo.in uerbo,diœceſanis.in Clemen.unica.de foro competẽti.ibi:ſed an officialis.& gloſſa in uerbo, conſenſum dictæ Clem.1.de hære.

2 Sed pone, Epiſcopus dedit Vicarium generalem, & in mandato expreſſit aliquid de iſtis, quæ requirunt ſpeciale mandatum, ſecuta clauſula generali, uidelicet,& omnia alia, quæ nos poſſumus, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale: quæritur, an talis Vicarius poſſit procedere in crimine hæreſis, & alia facere in dicto crimine, quæ poteſt Epiſcopus? dicendum,quod ſic,ut habetur in glo.fina.dicto capit. 2. de officio vicarii.lib.6.

3 Sed numquid delegatus Epiſcopi, uel capituli, ſede vacante, ſuper crimine hæreſis poſſit ſubdelegare & committere uices ſuas alteri ab Inquiſitore? dicendum, quod non, ſed bene poteſt committere, & conſentire, quòd Inquiſitor procedat per ſe. uide ad hoc ſupra, in uerbo, tortura.§.octauo.ubi habes plures allegationes ad propoſitũ eius quod hic dicitur.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Vicarius generalis Epiſcopi, &cæt.] *De Vicariis ɹvq uı ɯnɹodoɔſidƎ cauſa, ſatis multa traduntur per Doctores in Clem. prima, de hæreticis, & de Vicariis, ſeu Commiſſariis Inquiſitorum, multa quoque ſcripſimus cum Eymerico in Directorio Inquiſitorum, parte tertia, numero 36. titu. de inſtitutione Vicarii, ſeu Commiſſarii, & in eadem tertia parte, quæſtione decimatertia, & aliquot ſequentibus.*

TRACTATVS EIVSDEM R. P. F. BERNARDI COMENSIS.

DE STRIGIIS.

SVMMARIVM.

1 STRIGES unde dictæ.
1 Quo tempore congregentur.
1 Quid diabolo promittant, cum fiunt de illa ſecta.
1 Quàm horrenda facinora committant.
2 Striges corporaliter deferuntur.
2 Diabolus incubum & ſuccubum ſe exhibet ſtrigibus.
3 Multa probant ſtriges corporaliter deferri.
3 Exempla de ſtrigibus refert auctor a ſe cognita, quibus idem probatur.
3 Poteſtas cuiuſdam oppidi ab ſtrigibus baculo percuſſus, moritur.
4 Argumenta dicentium ſtriges non deferri corporaliter.
4 Cap. Epiſcopi. 26. q. 5. qualiter intelligendum.
4 Secta ſtrigiarum an eſſet exorta tempore dicti c. Epiſcopi.
5 Intellectus dicti c. Epiſcopi. 26. q. 5.
6 Multa eorum, quæ de ſtrigibus narrantur, poſſunt illis in ſomniis contingere.
7 Vna creatura in aliam uere non tranſmutatur.
8 Multa apparere poſſunt ſtrigibus arte Dæmonum, quæ uera non ſunt.
9 Striges vt apoſtatæ recte puniuntur etiam ſi corporaliter non deferrentur, ex quo habent rata, quæ ſibi contigerunt in ſomniis.
10 Idem probatur inducendo textum in c. Epiſcopi, 26. q. 5.
11 Ex c. Epiſcopi, non probatur ſtrigias non deferri corporaliter.
12 Ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis ſpectat ſtriges punire.
13 Quomodo cognoſcantur qui ſunt de ſecta ſtrigiarum.

13 Per

13 *Per confeſſionem ſociarum ſtrigarum deteguntur ſtrigæ.*
13 *Strigarum ſociarum depoſitio valet contra alias ſtrigas ſocias.*
13 *Inquiſitor ne interroget de ſociis eos ſingulariter nominando.*
13 *Inquiſitor non facile credat depoſitionibus ſtrigarum contra alias.*
14 *Qualiter de ſecta ſtrigarum eſſe detegantur aliqui per coniecturas, & præſumptiones.*
14 *Indicium ſeu argumentum à cõiter accedentibus ſumptum, validum eſt.*
14 *Quales coniecturæ ſeu indicia prodant ſtrigas.*
14 *Per faſcinationes puerorum deteguntur ſtrigæ, & quid ſit faſcinatio.*
14 *Mulier menſtruata inficit viſum ſpeculum, & Baſiliſcus interficit viſum hominem.*
14 *Strigæ inferunt multa nocumenta, & impediunt actus coniugales.*
14 *Striges inferunt nocumenta cauſando infirmitates hominibus & iumentis.*
14 *Qualiter iudicetur morbus per maleficium illatus.*
14 *Strigæ nocumenta infernnt terræ fructibus.*
14 *Maleficæ quædam maleficia curant ope dæmonum.*
14 *Aliud ſignũ ad cognoſcendas ſtrigas ſumptum a uiuis factis effectu ſubſecuto.*
14 *Aliud ſignum deſumptum ab irreuerentia erga corpus Chriſti.*

1 SECTA quędam abominabilis virorum videlicet, & precipue mulierum, a pluribus annis citra, in partibus Italię, ſatore omnium malorum diabolo procurante, damnabiliter inſurrexit, quas alii maſcas appellant, nos autem in Lombardia ſtrigias nuncupamus, a ſtix, ſtigis, vocabulo infernum ſeu paludem infernalem ſignificante, quia tales perſonę diabolicę ſunt & infernales, vel à ſtigetos Grecè, quod eſt triſtitia Latine, eo quia plurimos faciant triſtes maleficiis ſuis.

Hę perſonæ congregantur in certis locis per oppida & villas certis temporibus, pręcipue in nocte diem Veneris pręcedente apparente eis dęmone in forma humana viſibili: & quando in principio de illa ſecta eſſe uolunt ſeu incipiunt, primo ante omnia corã ipſo diabolo ad iuſſum eius abnegant ſanctam fidem, & ſanctum baptiſma, ac etiam dominum Deum, & Beatã Virginẽ Mariã, & poſtea conculcant crucem aliquam ibi ab una illarũ ſtrigiarum factam in terra: quibus omnibus peractis, faciũt fidelitatem in manibus ipſius diaboli, acceptantes eum in dominum ſuum, & promittunt ei in omnibus ſe uelle ſemper obedire: & in ſignum horum omnium tangunt ei manum cum ipſarum manu ſiniſtra poſt earum tergum uerſa offerentes eidem diabolo aliquid in ſignũ ſubiectionis; & ita abinde citra ſemper reputant ipſum diabolum eſſe uerum earum dominũ, & Deum ſuum; deinde quotieſcunque uadunt ad

illam

illam congregationem, quam ludum bonæ ſocietatis appellant, ſemper faciunt reuerentiam ipſi diabolo in forma humana apparenti, & ipſum capite inclinato profunde adorant vt verum deum ſuum: quę omnia clariſſime patent per earum confeſſiones in proceſſibus contra eas per inquiſitores formatis.

2 Ad quam congregationem ſeu ludum præfatæ peſtiferæ perſonæ vadunt corporaliter & vigilantes, ac in proprijs earum ſenſibus: & quando uadunt ad loca propinqua, vadunt pedeſtres, mutuo ſe inuicem inuitantes. ſi autem habent congregari in aliquo loco diſtanti, tunc deferuntur a diabolo: & quomodocunque uadant ad dictũ ludum ſiue pedibus ſuis, ſeu deferantur a diabolo, verum eſt, quòd realiter & ueraciter & non phantaſtice, neque illuſorie abnegant fidem Catholicam, adorant diabolum, conculcant crucem, & plura nefandiſſima opprobria committunt cõtra ſacratiſſimum corpus Chriſti, ac talia plura ſpurciſſima perpetrant cum ipſo diabolo eis in ſpecie humana apparente; & ſe uiris ſuccubum, mulieribus autem incubum exhibente; Ac vt omnimodam delectationẽ veneream eis impẽdat, ad omnem prorſus earũ appetitum ſe per omnia coaptante.

Quæ quidem peſtiferæ perſonę firmiter affirmant ſe prædicta omnia & ſingula corporaliter & realiter, ac ueraciter perpetrare, narrantes quo modo aut occulte recedunt de domibus habitationis earum, aut fingunt ſe exire domos operis alicuius gratia faciendi, & ita uadunt ad dictã congregationem ſeu ludum abſque eo, quod ſui de domo id ſciant uel perpẽdant, quę omnia & ſingula clariſſime patent per earum ſpontaneas confeſſiones factas & ſcriptas in proceſſibus contra eas per omnes Inquiſitores noſtros per totam Italiam formatis.

3 Sunt autem plura & magna argumenta firmam fidem facientia, quòd iſtę ſtrigię corporaliter & realiter, & non phantaſtice, nec in ſomniis uadant ad ipſum ſuum ludum ſeu congregationem, & quòd realiter & non illuſorie prędicta omnia committant.

Vnum eſt quòd omnes huius peſtiferę ſectę, ſiue mares ſiue fœminę, quaſi uno ore, & una lingua fatentur ſe eundem modum per omnia & uniformiter obſeruare ubique locorum in abnegando fidem ac baptiſma, & Dominum Deum, ac Beatam Virginem Mariam, ac in conculcando crucem. & adorando ipſum diabolũ, & faciendo fidelitatem eidem, tangendo ei manum cum manu earum ſiniſtra poſt tergum uerſa, & in omnibus alijs & ſingulis quę in tali ludo ſeu congregatione fieri contingũt, ita quòd omnes in idem conueniũt & ſemper conuenerunt a principio illius ſectę uſque in pręſens tempus, ut ex earum omnium confeſſionibus ubique locorum per totam Italiam in manibus Inquiſitorum noſtrorum factis, & ſcriptis in proceſſibus contra eas formatis, liquide conſtat

quod

quod eſſe non poſſet,& non ita omnibus ſe conformarent,ſi phantaſtice
& in ſomniis eis iſta contingerent, præcipue cum phātaſmata & ſomnia
ſecundum uarietatem cauſarum,& qualitatem perſonarum,pro loco &
tempore uarientur.

Aliud argumentum eſt ,quia tales perſonæ pluries pluribus in locis
eundo uel redeūdo de dicto ſuo ludo, per perſonas catholicas ſunt reali
ter & veraciter uiſæ,cognitæ,& deprehenſæ:nam ut de his quorum ego
certiorem habeo notitiam loquar,cum ego ſuperioribus annis in valle
Telina,in terra ſcilicet de Ponte,diœceſis noſtræ Comenſis , contra harū
ſtrigiarum peſtiferum genus inquirendo procederem, deceptus eſt mihi à
fide dignis,quod cum quadam uice paulisper ante lucem quidam fuiſſet
a duabus perſonis catholicis uiſus & cognitus in prædicto ſtrigiarum lu
do,iuxta quaſdam uineas prope dictam terram de Ponte,uerſus Abdu-
am relicto dicto ludo,veniens illis duabus perſonis domum,rogabat eos
ne eum apud me accuſarent,neque quod in tali ludo uidiſſent eum pro-
palarent,ut in proceſſibus quos ibidem tunc feci legitime conſtat; quod
quidem non phantaſtice neque in ſomniis , ſed realiter & corporaliter
fuiſſe euidenter apparet.

Quandam inſuper puellam octo uel decem annorum Antoniam no-
mine pater & mater eius ad me cōduxerunt in dictam terram de Ponte,
quæ in præſentia eorum & pluriū aliorum retulit mihi qualiter quadā
nocte uocata a quadā amita ſua nomine Magdalena ſurrexit de lecto, &
portata fuit cum ipſa amita ſua ad certum locum a dicta terra de Ponte
ſatis diſtātem,ubi uidit & cognouit plures perſonas in uno prato chorei
zantes cum prędicta amita ſua,cum qua poſtea iterum reportata fuit ad
dictam terram de Ponte in domum habitationis ſuæ: quæ omnia ſponte
confeſſa fuit mihi poſtea prædicta Magdalena exiſtens in manibus offi-
cii mei, & interrogata a me,an perſonam aliquam ad ipſum ludum con-
duxiſſet,prout ex proceſſu contra eam formato legitime conſtat.

Plures etiam aliæ perſonæ,& in dicta terra de Ponte, & in terra Barbe
ni dictę uallis,ac etiam in terra Clauenæ prædictæ noſtræ diœceſis cogni
tæ & deprehenſę fuerunt a diuerſis perſonis in pręfato ludo cum diabo-
lo exiſtentes,prout hi qui uiderunt mihi iuridice retulerunt, & ipſę met
uiſę,& deprehenſę confeſſę ſunt in proceſſibus contra eas formatis, ut in
eis apparet.Quæ omnia ſi quis bene conſideret, nequaquam uideri ne-
que deprehendi ita clare potuiſſent ab aliis,ſi in ſomniis aut phantaſtice
ipſis ſtrigiis contigiſſent.

Aliud argumentum eſt,quod interdum contingit quaſdam perſonas
deferri per diabolum ad aliquem locum diſtantem,ubi talis ludus ſeu cō
gregatio ſtrigiarum fiebat,& dum eſſent in uia eundo vel redeūdo, Deo
uolente dimiſſę ſunt,& inuentę extra patriam ſuam & extra terras ſuas,

quod

quod eſſe minime potuiſſet,ſi prædicta eis phantaſtice contigiſſent, aut ſe deferri ſomniaſſent.

Aliud admirandum ualde & nullo modo poſtergandum argumentū adduco,quod in Mendriſio oppido Comēſi contigit iam fere annis quinquaginta elapſis, quod quidem uulgatiſſimum eſt Comi, & in prædicto oppido Mendriſii, & adhuc ſuperſunt plures in ipſo oppido huius rei memores. Nam cū ibi quidā Inquiſitor nomine magiſter Bartholomeus de Homate, dominus Laurentius de Concoretio Poteſtas,& Ioannes de Foſſato notarius cōtra has Strigias procederēt,vna die ipſe Poteſtas, quadā curioſitate ductus,uolens experiri an uere & corporaliter illæ ſtrigiæ irent ad ludum,facta conuentione cum quadam ſtrigia,ut eum ad uidendum talem ludum conduceret, acceſſit quodā die Iouis in ſero cum notario ſuo & quodam alio extra oppidum ad quendam locum, ſicut ei illa ſtrigia prædixerat, & dum ibi iam prope eſſent,omnes hi tres uiderunt plures perſonas congregatas coram quodam,qui erat diabolus in forma humana,ad modum cuiuſdam magni domini ſedente, & ecce ſubito omnes illæ perſonæ ibi congregatæ, iuſſu diaboli adeo illum officialem & eius ſocios,Deo ob eorum curioſitatē permittente,baculis percuſſerunt, quod ex talibus percuſſionibus & ille officialis,& notarius,& ille alius infra 15.dies mortui ſunt. Quis ergo dicere uelit hoc in phantaſia aut in ſomniis contigiſſe?

Aliud magnum argumentum eſt,quod iſtę tales ſtrigię ſępe, poſtquā crimen ſuum confeſſæ ſunt coram Inquiſitoribus,reuertuntur ad gremiū ſanctæ matris Eccleſię, abiurata huiuſcemodi hæreſi & apoſtaſia ſua,iuxta notata in cap.ad abolendam.de hæreti.in prin.in cap.ut officium.§.Si quis vero.eo.tit.lib.6.& plures earum non reuertūtur amplius ad uomitum,& in bona fide catholica perſeuerant,nec amplius ad talem ludum uadunt, quæ tamen longo tempore in illa perfidia immoratæ fuerant, quod nequaquam eſſe poſſet,ſi tantummodo phātaſtice & in ſomniis eis iſta contingerent: nam manifeſtiſſimum eſt quod ſomnia & tales phantaſiæ non ſunt in poteſtate hominis ut ei accidant aut ceſſent quādo uoluerit.

Præterea plurimæ perſonę huius perfidæ ſectę, tranſactis iam plurimis temporibus,per Inquiſitores heretice prauitatis fuerunt traditæ brachio ſęculari,exigentibus id demeritis ſuis,& cōbuſtæ;quod minime factum fuiſſet,neque ſummi Pontifices hoc tolleraſſent,ſi talia tantummodo phātaſtice & in ſomniis cōtingerēt,& tales pſonę realiter & ueraciter hęreticę nō eſſēt,& in hæreſi realiter & manifeſte deprehēſæ;nā Eccleſia nō punit crimina niſi ſint manifeſta & uere dēphēſa. 32.diſ.c.erubeſcāt. 32.quæſt.5.Chriſtiana.2.quæſt.5.cōſuluiſti.& 9.quęſt.1.nō omnia.per hęc ergo omnia quę dicta ſunt, & per plura alia quę adduci poſſent, liquido

quādo cōſtat quod tales ſtrigiæ ad præfatum ludum non in ſomniis neq; phātaſtice, ut qdā affirmāt, ſed realiter & corporaliter, & uigilādo uadāt.

4 Sed ecce contra hæc quæ iam dicta ſunt quidam inſurgunt, & prędictam ueritatem deſtruere ſatagentes dogmatizando affirmant, quod huiuſmodi ſtrigiæ nullo modo vadant ad illum ludum corporaliter & realiter, ſed ꝙ phātaſtice ac illuſorie, ac in ſomniis eis omnia prædicta cōtingant, & in huius opinionis ſuæ fomentum adducunt tex. c. Epiſcopi. 26. q. 5. ꝙ quidem cap. omnibus contra nos Inquiſitores occaſione harū ſtrigiarum purgare cupientibus communis eſt materia dimicandi, cuius qui de canonis uerba, ſi quis omni paſſione ſemota diligenter & medullitus ponderare uoluerit, uidebit ac luce clara cognoſcet, quod illud cap. non militat contra prędicta; neque obſtat quin contra huiuſmodi ſtrigias tanquam uere hęreticas procedere ualeamus: nam ſi quis bene conſiderat & bene aduertat, iſtud cap. Epiſcopi, non loquitur de iſta ſecta ſtrigiarum, quæ nondum inſurrexerat tempore quo celebratum fuit illud Ancyrēſe concilium, ex quo ſumpta ſunt illius cap. uerba, ſed neque tempore quo compilatum fuit decretum per dominum Gratianum, quia decretum fuit compilatum anno Domini 1150. vt habetur in glo. 2. q. 6. c. poſt appellationem. §. forma vero appellationis, prædicta autem ſtrigiarū ſecta pullulare cępit tātummodo a cētum quinquaginta annos, citra, ut apparet ex proceſſibus Inquiſitorum antiquis, qui ſunt in archiuis inquiſitionis noſtrę Comenſis. Hæc ergo ſecta ſtrigiarum non eſt illa quę profiteatur & credat ſecum Diana Dea Paganorū, uel cum Herodiade equitare ſuper quaſdam beſtias, prout loquitur illud cap. Epiſcopi.

5 Si quis autem pertinaciter adhuc affirmare velit hanc ſectam ſtrigiarum eſſe illam de qua loquitur illud c. Epiſcopi, dico, quod adhuc Canō ille contra nos non obſtat, neq; militat contra prædicta, quia ſi quis bene cōſiderat ſenſū canonis illius uidebit clare, ꝙ nō negat quin ſit poſſibile tales pſonas pedeſtres, & corporaliter ire ad pdictū ſuū ludū; ſed neq; negat, qn ſit poſſibile eaſdē deferri uere, realiter, & corporaliter a diabolo de loco ad locum: nā dęmones, pmittēte Deo, pſit uirtute ſua naturali mouere, & portare materiam corporalē de loco ad locū, ut innuit Aug. in 18. lib. de ciuitate Dei, cap. 19. vnde legitur in legēda beati Petri Apoſtoli de Simone mago in area a dęmoniis portato, & in legenda beati Iacobi Apoſtoli de Hermogene ad ipſum Iacobum portato, & de multis aliis legitur de loco ad locū realiter & corporaliter a diabolo delatis.

Si ergo poſſibile eſt tales perſonas ire uel deferri corporaliter & realiter a diabolo, & poſſibili poſito in eſſe, nullum ſequitur inconueniens, ſecundum regulam logicalem, nullum ergo erit inconueniens ſi dicatur tales ſtrigias pedeſtres corporaliter ire, uel deferri realiter & corporaliter ab ipſo diabolo, & ita clare patet, quod prædictum capitulum, Epiſcopi

contra prædicta non obſtat prout aduerſarij noſtri probare conantur.

6 Nos autem non negamus quin interdum huiuſmodi ſtrigijs ſiue ſom
niando ſiue phātaſiando,procurāte diabolo,appareat,quod ad prędictū
ludum accedant,& præcipue poſtquam iam ad ipſum ludum corporali-
ter & realiter acceſſerunt, & uere & realiter ac corporaliter fidē abnega-
runt,& crucem conculcarunt,ac dæmonem in ſuum Deum acceperūt,&
pro ſuo deo adorauerunt,poſſibile eſt quod aliquando ſenſibus ipſarum
ſtrigiarum multo grauius,ac vehementius quam ſomno virtute dæmonis
obſeratis,dæmonialia ſomnia cauſando,uel phantaſiā immutādo,faciat
quod ipſæ ſtrigiæ corpore quidem dormientes,ſeu etiam nil ſentiētes,&
velut mortuæ alijs appareāt, & ipſis ſtrigiis in ſpiritu ſeu in phātaſia ui-
deatur,quod prædicto ludo interſint,& alia faciant,quæ aliàs uigilantes
corporaliter & ueraciter facere conſueuerunt, & aliqui dæmones earum
formas aſſumentes uideantur ab aliis in ipſo ludo corporaliter adeſſe,ut
id alteri per phātaſticam apparitionem exhibeatur vigilanti,quod alter
uidit in ſomnis,ut dicit Auguſtinus in primo li. 18. de ciuitate Dei c. 18.
per quem modum id dicimus contigiſſe,quod in legenda beati Germani
narratur,de illis mulieribus dæmonibus earum formas aſſumētibus,quæ
cernebantur in hoſpitio cœnare, & tamen quæſitę in domibus proprijs,
uere ſunt inuentæ.

7 Nullo autem modo dicimus, neque aliquādo opinati ſumus id quod
mendaciter & falſo aduerſarii noſtri nobis imponunt,uidelicet quod ali
qua creatura,aut in melius,aut in deterius poſſit immutari, aut in aliam
ſpeciem uel ſimilitudinem realiter & uere transformari, niſi ab ipſo crea-
tore, qui omnia fecit , & per quem omnia ſunt facta:& propterea nullo
modo dicimus,neque aliquo pacto aliquid numinis,aut diuinitatis extra
vnum Deum arbitramur.

Sed neque ea quæ in ſolo ſpiritu fiunt arbitramur etiam in corpore ac
cidere,ſed dicimus & prædicamus,quod quemadmodū legitur de ſociis
Vlyſſis, quos illa famoſiſſima maga Circe in beſtias arte ſua uertit,ut di-
cit Auguſt. in lib. 18. de ciuitate Dei. ca. 17. & habetur 26. q. 5. cap. nec mi-
rum. & de ſociis Diomedis in aues verſis,& de quibuſdam aliis,qui uerſi
in iumenta uidebātur onera portare,& de aliis ſimilibus,quæ omnia illu
ſorie & phantaſtice,ac quadam præſtigioſa apparitione arte dęmonū fie
bant,ut Aug. declarat egregie in cap. 18. prędicti libri 18. de ciuitate Dei
Ita etiam non negamus quin interdum arte dæmonis illudentis fieri poſ
ſit,quod aliqua ſtrigia per aliquam phātaſticam apparitionem uideatur
tranſmutata in gattam uel in aliam beſtiam,ſeu ſpeciem,quæ tamen nō
erit veraciter tranſmutata ,ſed hoc fiet quadam apparitione præſtigio-
ſa:& qui aliter credit,infidelis eſt & Pagano deterior,ut dicit dictum ca.
Epiſcopi.

Immo

8 Immo dicimus & confitemur plura alia ipſis ſtrigijs illuſorie & phantaſtice arte dæmonum poſſe contingere & apparere, quæ tamen minime ſunt vera, vt puta, quòd vitulos comedãt, qui poſtea dæmonum virtute reſurgant: nam ſi vere illi vituli fuerunt cocti & comeſti, nullo modo fieri poteſt, vt dæmon aliquis, immo omnes dæmones ſimul cum tota eorum poteſtate eos valeant ſuſcitare: quia reſuſcitare mortuum eſt potentię infinitę, quę ſoli Deo conuenit, & diabolo nullo modo poteſt conuenire. quare ſi illa comeſtio fuit vera & realis, neceſſe eſt dicere, quòd reſuſcitatio ſequens fuerit phãtaſtica & illuſoria, aut quòd & comeſtio fuerit apparẽs & phantaſtica & etiã reſuſcitatio fuerit illuſoria: & ita cum diabolus ſemel ipſas ſtrigias ſibi per infidelitatẽ ſubiugauerit, deludens eis in ſomnijs ſeu cũ phãtaſticis apparitionibus, modo læta, modo triſtia, modo cognitas, modo incognitas perſonas interdum oſtendit, vt textus illius cap. Epiſcopi. loquitur de ſecta illarum mulierum, quæ cum Diana, vel cum Herodiade ſe equitare, eiuſque iuſſionibus obedire credebant.

9 Poſtremo, vt aduerſariorum ora ex toto concludam poſito, ſed non conceſſo, quòd, vt aduerſarii ipſi affirmant, iſte ſtrigiæ nullo modo vadant corporaliter ad ludum, & quòd numquam realiter ac veraciter vigilantes abnegauerint fidem, & conculcauerint crucem, & alia fecerint, quæ in tali ludo facere dicantur, ſed quòd in ſomnijs tantummodo ſeu phantaſtice & illuſorie eis ſemper iſta contingant, tamen ex quo poſtea quando ſunt in vigilia & in proprijs ſenſibus conſtitutæ credunt & firmiter tenent ſe prædicta feciſſe, & habent ea rata & firma, ac ea confirmant, & contentæ ſunt quòd ſibi talia acciderint, ac eis omnibus conſentiant cum quadam animi complacentia, credentes firmiter ſe fidẽ catholicam abnegaſſe, & dęmonem pro ſuo vero deo habere, tenentes firmiter ſe non peccare, ſed potius ſe benefacere talia perpetrando, & alia ſimilia multa faciendo, vt ex earum confeſſionibus coram Inquiſitoribus factis euidenter apparet, liquido & clarius luce meridiana conſtat, quòd ſunt veræ & propriæ apoſtatæ, idololatræ, & hęreticæ: nam ſicut ille qui ſomniando ſe committere fornicationem cadit in pollutionem nocturnam, ſi poſtea in vigilia conſtitutus eſt memor talis ſomnii, & conſentit & placet ſibi de illa fornicatione ſomniata propter delectationem habitam in ea, licet talis nõ peccet ratione ſomnii in ſe, quia nullum ibi poteſt eſſe peccatum, eo quia ibi non fuit iudicium rationis, peccat tamen mortaliter ratione complacentię cum delectatione ſequenti in vigilia cum deliberato conſenſu, vt dicit B. Thomas in quarto Sent. diſt. 9. art. 4. & etiam habetur 6. diſt. S. 1. in gloſ. circa fi. ibi, Si ergo in nocturna pollutione. & cap. teſtamentum. ead. diſt. & Auguſtinus in 18. lib. de ciuitate Dei. cap. 12. in fine. dicit, quòd delectari etiam falſo crimine, crimen verum eſt: ita dicendum eſt de iſtis ſtrigijs, quòd ſint vere & propriæ apoſtatæ, idolola-

trę, & hęretice, nō quidem ea ratione quia prędicta contingăt eis in ſomnis vel phātaſtice, ſeu illuſorie, ſed propter complacentiam quam habēt de prædictis cum deliberato conſenſu poſtea quando ſunt extra prædicta ſomnia & extra prędictas phātaſticas illuſiones in vigilia & in ꝓpriis ſenſibus conſtitutę, & credunt ea eſſe vera, & ea habent rata, tenentes firmiter in mentibus ſuis ſe fidem & dominum Deum abnegaſſe, & credūt dęmonem eſſe ſuum verum Deum, & eum vt Deum ſuum adorant, vt dictum eſt ſupra: & ideo textus dicti cap. Epiſcopi, dicit tales perſonas ſceleratas retro poſt Satanam conuerſas, & quòd dęmonum illuſionibus, & phātaſmatibus ſeductæ, credunt ſe & profitētur cum Diana nocturnis horis Dea Paganorum, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierum equitare ſuper quaſdam beſtias, & multarum terrarum ſpatia intempeſtę noctis ſilentio pertranſire, eiuſque iuſſionibus obedire velut dominę: & quia credunt & profitentur prędicta eſſe vera, quę in ſomniis, ſeu phātaſticis illuſionibus eis contigerunt, ideo textus iterū appellat eas perfidas & infideles, dum ſequitur: *Sed vtinam hæ ſolæ in perfidia ſua periſſent, & non multos ſecū ad infidelitatis interitum pertraxiſſent.* Quare ſunt veraciter & proprie hęreticę, & ideo ſequitur in textu, ꝙ qui hęc vera eſſe credunt, credendo a recta fide deuiant, errore Paganorum inuoluuntur cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum arbitrantur: quia quando ſolus ſpiritus iſta patitur, infidelis eſt, qui hęc nō in animo ſed in corpore euenire opinatur, vt textus ſubdit ibidē: & ideo in fine illius canonis bene ſubditur: prædicandum eſſe & annuntiandū populis hęc omnino falſa eſſe, & eū qui talia credit fidem perdere, quod & nos Inquiſitores dicimus, & conſtanter prędicare & annunciare populis non ceſſamus.

10 Ecce ergo quam bene ex verbis huius cap. Epiſcopi concluditur & clare probatur id quòd ſuperius dixi, videlicet, quòd dato, quòd in ſomniis ſeu phātaſticis illuſionibus arte dęmonū procuratis videatur ipſis ſtrigis quadam præſtigioſa apparitione ſe ad ludum dictū acceſſiſſe, dominum Deum & fidem catholicam abnegaſſe, dæmonē vt Deū adoraſſe, & alia ſuperius enumerata perpetraſſe, ex quo tamen trāſactis illis ſomniis & phātaſticis illuſionibus retinēt ea in mente, ac firmiter credunt ea eſſe vera, & conſtanter in tali credulitate perſeuerant, ſequitur quòd ſint veraciter & proprię apoſtatę, quia vere ſecundum ſuam opinionem receſſerūt a catholica fide, & etiam ſequitur quod veraciter ſint idololatrę, firmiter tenentes ſe adorare dæmonem ut Deum, & creaturam pro creatore ſe colere, ac de facto adorant & colunt: & credētes aliquid diuinitatis ſeu numinis extra unum Deum eſſe, inuoluantur errore Paganorum idola adorantium: ac etiam ſequitur quòd deuiant a fide, & fidē perdunt, & ideo ueraciter ſunt hęreticę, credēdo quòd ea quæ fiunt in ſomniis & phātaſti-

cis il-

eis illuſionibus arte dæmonum procuratis, ſint uera,& quòd quæ in ſolo ſpiritu fiunt, etiam in corpore accidant,& inſuper credendo ſe poſſe dæmonum virtute tranſmutari in gattas uel alias ſpecies: Quæ omnia cum ſint contra determinationem Eccleſiæ, proculdubio ſunt hæretica,& ideo textus hic appellat tales perſonas infideles & Paganis deteriores, infidelitas autem in homine baptizato eſt hæreſis, & ita clariſſime patet quomodo dictum c. Epiſcopi, nullo modo contra prædicta militat, neque cōtra nos obſtat.

11 Epilogando itaque omnia prædicta, dico quòd illud cap. epiſcopi, non militat contra ea quæ dicta ſunt, neque obſtat quin prædictæ Strigiæ vadant corporaliter ad illum ludum, & quin realiter, & veraciter fidem abnegent & diabolum adorent,& ex conſequenti nō obſtat quin ueraciter ſint hæreticæ, tum quia illud c. non loquitur de iſta ſecta Strigiarū de quibus nos loquimur, & hoc eſt quia tempore quo celebratū fuit illud Concilium Ancyrenſe, ex quo ſunt ſumpta verba illius cap. ſed neque tēpore quo fuit compilatum decretum, nondum inſurexerat iſta Strigiarū ſecta; tum quia ſi quis bene conſideret ſenſum illius c. non negabit quin ſit poſſibile tales Strigias ire corporaliter & pedibus ſuis in proprijs ſenſibus & vigilantes ad ipſum ludum, ſed neque negabit quin ſit poſſibile eaſdem interdum uere, corporaliter, & realiter de loco ad locum a diabolo deferri, tum quia etiam nos non negamus quin interdum poſſibile ſit, quòd ipſis ſtrigiis appareat in ſomniis aut in phātaſticis illuſionibus, procurāte dęmone cauſatis, quod vadant ad ipſum ludum, ipſæ uero ueluti dormientes, ſeu velut nil ſentientes, ueraciter inueniantur in domibus ſuis; imo etiam dicimus plura alia poſſe Strigiis arte dęmonum illuſorie & phātaſtice apparere: nullo modo autem dicimus, neque aliquando opinati ſumus, aliquam creaturam uirtute dæmonum in aliam ſpeciem vere & realiter poſſe transformari: ſed neque dicimus uerum eſſe, quòd ea quæ fiunt in ſolo ſpiritu, accidant realiter in corpore: Tum poſtremo, quia dato, ſed non conceſſo, quòd nullo modo uadant corporaliter ad ludum, ſed quòd tantūmodo in ſomniis & phantaſticis illuſionibus uirtute dæmonum uideatur eis ꝙ uadant ad ludum, & Deum ac fidem abnegent,& dæmonem ut Deum adorent,& alia ſic illuſorie ipſis ſtrigiis accidant, quæ in dicto ludo facere dicuntur; tamen ex quo poſtea quando ſunt in uigilia & in proprijs ſenſibus conſtitutę credunt & firmiter tenēt ſe ea feciſſe, & habent ea rata, ac eis omnibus cōſentiunt cum animi cōplacentia, credentes firmiter ſe fidem catholicam abnegaſſe, ac dæmonē pro Deo adoraſſe,& eum tāquam Deum ſuum habere, & ſe nullo modo peccare, ſed potius ſe bene facere talia perpetrādo, & in hac credulitate firmiter perſeuerāt, adhuc clare conſtat ꝙ ſint ueraciter apoſtatæ, idololatræ,& hæreticæ,& ideo textus nominat eas ſceleratas, pfidas,& infideles:&

les:& dicit quòd credentes talia phantaſtica & illuſoria eſſe vera,deuiant a recta fide,& fidem perdunt,ac inuoluuntur errore Paganorum, & ſunt ipſis Paganis deteriores:infidelitas autem in homine baptizato eſt hæreſis.Et ita per hæc omnia clariſſime patet quomodo dictum c. Epiſcopi toties allegatum, nullo modo militat contra nos Inquiſitores. Neque obſtat quin iſtæ ſtrigæ veraciter dicantur apoſtatæ, idololatræ,& hæreticę, quomodocumque dicatur, ſiue quòd vadant corporaliter & realiter ad ludum,ſiue quòd tantummodo in ſomnijs & phantaſticis illuſionibus arte dęmonum cauſatis eis talia contingant.

12 Cũ ergo prædictæ ſtrigiæ veraciter ſint hęreticæ & idololatrę ac apoſtatę quomodocumq; dicatur, ſeu quòd realiter vadant ad ludum, ſeu ꝙ tantummodo in ſomniis aut phantaſticis illuſionibus,vt dictum eſt,ſequitur quòd ad Inquiſitores hæreticę prauitatis pertinet contra eas procedere,& eas ſicut alios hęreticos punire,quod quidem patet.

Et primo inquantum dicuntur hæreticę,patet per cap.ut officium.de hęreticis.lib.6.in princ.

Patet hoc etiam inquantũ dicuntur idololatræ, offerentes ſacrificia dęmonibus,& eis nefarias preces emittentes,ut in gl. uerbo, ſaperent.c. accuſatus,eiſdem tit.& lib.§.ſane.ac etiam ipſos dæmones adorantes: nã ſi hæreticus punitur adorans hæreticum,ut d.c.accuſatus.§.ille quoque. quanto magis dęmonem adorans? Eſt enim contra illud domini mandatum,Dominum Deum tuum adorabis.Matth.4.cap.

Poſtremo hoc patet,inquantum dicuntur apoſtatę:quia apoſtata a fide punitur ut hęreticus, quia uere hæreticus eſt, de quo habes ſupra in verbo,Apoſtata.§.1.2.& 3.

31 Manifeſtantur autem ſeu deteguntur illi qui ſunt de hac ſecta Strigiarum,& ad notitiam eorum peruenitur duobus modis, videlicet per confeſſiones ſociarum,& per coniecturas & præſumptiones.

Primo ergo per confeſſiones & inculpationes ſociarum: cum enim mutuo ſe cognoſcant in dicto ludo,ex conſequenti poſſunt etiam mutuo ſe detegere & manifeſtare,& hoc præcipue quãdo plures ſeparatim, & una ſeorſum ab altera,imo neſciente quid ãlia dixerit conueniunt de eadem perſona & de tempore quo eam uiderint, & in quibus locis,& maxime quando tales inculpantes aliquam de earum ſocietate,dicunt idem & affirmant coram facie illius quam inculparunt,& ita una poſt aliam ſeparatim,& altera neſciente,idem affirmat in facie eius.

Et quòd talis inculpatio ſeu manifeſtatio facta per ſocias faciat fidem contra illam quæ inculpatur, patet per ea quę notantur in c. in fidei fauorem, de hęreticis,lib.6.Facit ad hoc gl.fi.in c.quoniam aliqua,de teſti. vide de hoc ſupra in uerbo,teſtes.§.17.& in uerbo.tortura. §.29.

Aduertas tamen & ſis bene cautus tu Inquiſitor, ne interrogando de

compli-

cōplicibus & ſociabus unquam interroges an aliquando viderint talem, uel talem, ſpecificando aliquam uel nominando, neque permittas ab aliquo ſpecificari uel nominari, ſed interroges in cōmuni & generali quas ſocias habet, uel quas uiderit in tali ludo, & quid eas ibidem facere uiderit, & ei dicas quod nullo modo aliquam nominet, niſi pro certo eam in ludo uiderit & cognouerit, & niſi pro certo uiderit uel ſciuerit eam abnegaſſe fidem, & alia feciſſe quæ ibi fieri conſueuerunt.

Aduertas inſuper, & ſis bene cautus, ne de facili facias aliquam detineri propter inculpationes talium ſtrigiarum tantum, quia poſſet cōtingere quod dæmon aſſumeret perſonā alicuius, & ſe ſub forma illius præſentarēt in ipſo ludo, ut illam perſonam infamet, & tamen illa perſona erit innocēs, & de tali crimine nullo modo culpabilis: quare cautius ſecuriuſque procedes, ſi ex ſolis inculpationibus ſeu manifeſtationibus ſociarum non facies aliquam perſonam detineri, ſed ultra illas inculpationes factas per ſocias, habeas aliqua alia indicia, ſeu coniecturas, uel præſumptiones, ſeu ſuſpiciones contra eandem quam uolueris detinere.

14 Detegūtur etiā, & ad notitiā eorum qui ſunt de hac ſecta venitur alio modo, uidelicet per coniecturas & præſumptiones; quia in his quæ in ſecreto fieri conſueuerunt, ꝓceditur ex cōiecturis & pręſumptionibus, vt dicitur in l.fin.C.de procur.tuto.ubi glo.not.& Bal.in l.quicūque.C.de ſer.fugi.& in rubrica, C.de proba.nam indicium ſumptum ex experientiis & coniecturis quæ communiter accidere ſolent, eſt ualidum; unde ut dicit Panor.in cap.Oſius.de elec.in fine.argumētum a communiter accidentibus tenet, & quando tali coniecturæ frequenter contingit adeſſe veritatem, tunc eſt graue indicium, & æquiparatur præſumptioni iuris, ut notatur per Cynum in l.metū.de dolo.ſiue agatur de probādo uero hominis actu, ſiue de probando animo.ff.de ſica.l.1.§.ſed ſi claua, &c.ſignificaſti.de homic.nam præſumptio non eſt aliud.quam quędam ſuſpicio, quæ cauſatur in animo iudicis, uel cuiuſcunque ex uariis coniecturis, vel argumentis ſeu indiciis, ut dicit Panor.in cap.quanto.de præſum.col.3. in fine. Ad omnia iſta uide ſupra in uerbo, indicium. §. 5. & §. fin. & in uerbo præſumptio.§.5.

Cum ergo abnegatio fidei, adoratio diaboli, conculcatio crucis, & alia quæ faciunt tales ſtrigiæ in ipſo ludo, & alibi cū ipſo diabolo, omnia fiāt in ſecreto & ſeorſum a fidelibus Chriſtianis, ideo neceſſe eſt, quod cōtra eas procedamus ex coniecturis & præſumptionibus.

Et iſtæ coniecturæ ſeu præſumptiones ſunt aut faſcinationes puerorū uel maleficia cauſantia infirmitates, aut alia nocumenta circa homines utriuſque ſexus, & etiam circa terræ fruges, uinearum uuas, arborum fructus, ac etiam circa iumenta & alia diuerſorum generū animalia, uel etiam medicationes & curationes talium infirmitatum, & nocumentorum

rum

rum, que omnia fiunt virtute diaboli, aut ipſo cooperante, vt per ſingu la patebit.

Nam faſcinatio puerorum, vt ab ipſa incipiã, vt dicit B.Thomas in prima parte, quæſtione centeſima decimaſeptima, articulo tertio in reſponſione ad ſecundum argumentum, & ſuper epiſtolas Pauli ad Galatas, tertio capitulo, lectione prima, eſt infectio procedens ab oculis infectis propter malitiam animæ, cooperante dæmone, & Deo permittente: & hoc precipue accidit in vetulabus, in quibus ex malignitate quadam, contracta ex familiaritate vel pacto dæmonũ, fit immutatio noxia & venenoſa per venas ad oculos earum, & ab oculis ad rem inſpectam per ſpatium determinatum, & ita aſpectus earum venenoſus & noxius inficit pueros habentes corpus tenerum & de facili receptiuum talium impreſſionum, & ſic infirmantur & cibum vomunt, vt dicit Beatus Thomas, vbi ſupra.

Per quem modũ dicimus, quòd mulier actualiter menſtruata, ſi aſpiciat in ſpeculum purum & mundum, ſubito inficit & deturpat ipſum, & Baſiliſcus videns hominem interficit ipſum, vnde gloſ. ſuper illud Pauli ad Galatas tertio: O inſenſati Galatæ, quis uos faſcinauit? dicit, quidã habent oculos vrentes, qui ſolo aſpectu inficiunt alios, maxime pueros.

Quod autem per has ſtrigias realiter & vere inferantur nocumenta diuerſis perſonis, & primo impediendo actus coniugales ſeu matrimoniales, patet per hoc, quia realiter inueniũtur effectus reales impedientes illos actus, ut patet per totum titulũ de maleficiatis, & per Panor. & alios Doctores ibi ſcribẽtes, & per cap. ſi per ſortiarias. 33. queſt. 1. & qualiter fiãt maleficia circa actus iſtos matrimoniales, declarat Petrus de Palude in quarto Sent. diſt. 34. dicẽs, quod quia dęmon ex eo quòd eſt ſpiritus, habet poteſtatem ſuper creaturam corporalẽ ad motum localem prohibendum uel faciendum, ideo poteſt corpora impedire ne ſibi appropinquent directe uel indirecte interponẽdo ſe qñque in corpore aſſumpto.

Alio modo, quia poteſt refrigerare hominem ab actu illo, adhibendo occulte virtutes rerum, quas optime nouit ad hoc ualidas.

Tertio modo turbando ęſtimatiuam & imaginationem, qua reddit mulierem exoſam, quia poteſt in ipſa imaginationem imprimere.

Alio modo, quia poteſt reprimere rigorẽ membri, ſicut etiam motum localem reprimere poteſt.

Quinto poteſt impedire illos actus matrimoniales, prohibendo miſſionem ſpirituum ad membra in quibus eſt uirtus motiua, quaſi intercludendo uias ſeminis, ne ad uaſa generationis deſcẽdat, vel ne ab eis recedat.

In ſuper iſtę ſtrigię nocumenta inferunt uiris ac mulieribus & iumentis ac beſtijs cum maleficiis ſuis, cauſando diuerſas infirmitates, cooperãte diabolo inquantum iſtæ ſtrigię accipiunt ab ipſo diabolo aliqua nociua, & ea prębent uiris ac mulieribus uel iumẽtis aut in cibo aut in potu,

uel tan-

uel tangendo, aut ipſemet diabolus occulte applicat aliqua maleficia uel nociua in lectis uel ueſtibus, ficut ſæpenumero inueniuntur in lectis uel ueſtibus aliqua quæ arte humana minime aut uix fieri uel componi poſſent, ex quibus ſic applicatis aut in lectis aut in ueſtibus, aut tactu, aut in cibo & potu, ſequantur dolores capitis, torſiones viſcerum, exſiccationes membrorum, ſtomachi deſtructiones, & aliæ plures infirmitates, ex quibus ſæpe plures moriuntur.

Idem etiam de iumētis & aliis animalibus, quæ ex talibus nociuis ſeu maleficiis ſic in cibo aut potu uel tactu eis applicatis ſæpe infirmātur & moriuntur, aut lacte priuantur: & hoc eſt quia, ut tangit Beatus Thomas in ſecundo libro Sent. diſtinctione ſeptima, tales infirmitates quæ generari poſſunt uirtute alicuius agentis naturalis, poſſunt etiam cauſari a dæmoniis applicātibus talia agētia naturalia ad cauſandas illas infirmitates: poſſunt autē diſcerni iſtæ infirmitates cauſatæ per Strigias, cooperāte diabolo, per maleficia, ab illis quæ cauſatæ ſunt naturaliter iudicio medicorū. Nam ſicut dicitur 26. quæſt. 1. cap. illud, ad hoc genus ſuperſtitionis pertinēt omnes ligaturæ, & omnia remedia, quæ medicorum diſciplina condemnat, in quibuſcumque rebus ſuſpendendis atque ligandis.

Ita dicimus, quod ubi medici periti ex aliquibus coniecturis uel circūſtantiis iudicant illam infirmitatem non ex defectu naturæ, neque ex aliqua cauſa naturali intrinſeca, ſed ab extrinſeco accidiſſe, & ab extrinſeco ubi non ſit ex uenenoſa infectione, quia ſic ſanguis uel ſtomachus malis humoribus eſſet repletus, tunc ex ſufficienti diuiſione iudicant effectum eſſe maleficialem.

Cognoſcitur etiam quando medici periti & bene practici uident infirmitatem eſſe incurabilem, ita ut nullis medicaminibus uel remediis naturalibus æger poſſit releuari, imo potius cernunt ipſum in dies aggrauari.

Inferunt etiam plura nocumenta cum ſuis maleficiis procurando grādines & alias aeris tempeſtates ad deſtruendum terræ fruges, uinearum uuas, & aliorum arborū fructus: & hæc omnia faciunt ac procurant cooperante ipſo diabolo. Nam ut dicit Beatus Thomas ſuper Iob primo c. neceſſe eſt confiteri quod Deo permittēte dæmones poſſint perturbationem aeris inducere, uētos concitare, & facere ut ignis de cœlo cadat. Quare igitur cum grandines & ſimiles aeris intemperies procedant ex motu aliquorum naturalium, puta uaporū eleuatorum a terra, ſequitur quod etiam diabolus ſua uirtute, niſi impediatur a Deo, poſſit tales uapores mouere, & illas grandines ſeu uentos ac pluuias cauſare.

Sunt inſuper aliqui uiri, & aliquæ mulieres, quę ignorātes artem medicinę, talia ſupradicta maleficia deſtruunt, & infirmitates cauſatas a talibus maleficiis curant, & infirmos ſanant, quę quidem omnia cooperante dæmone faciunt, quod ſic patet. Tum quia talia curant prius dæmones

inuocando & conſulendo, ac ab eis reſponſa expectando, unde communiter taliter medicantes nolunt ſubito remedium dare, ſed aliquo tempore expectato, ut interim conſilium diaboli requirant, poſtea adhibent remedia: tum etiam quia deſtruunt talia maleficia in vna perſona, ſed illud maleficium alteri inferre coguntur: uel quia ſaltem illud tale maleficium non poſſunt remouere niſi aliud maleficium vel aliquid illicitum aut ſuperſtitioſum perpetrando.

Cum ergo iſtæ Strigiæ faciunt talia maleficia & nocumenta, uel ea curent non niſi diabolo, ut prætactum eſt, cooperante, & ipſe dæmon cooperetur eis in talibus propter abnegationem fidei catholicæ, & etiam quia ipſi diabolo ſeipſas ex toto dedicarunt; ut communiter ipſæ Strigię confitentur, cuius ſignum eſt, quia antequã abnegent fidem, & diabolũ adorent, nunquã poſſunt talia perpetrare, ſequitur ergo de neceſſitate, quod talia maleficia, ſeu eorum curationes factæ modis ſupradictis euidẽter probent aliquam perſonam Strigiam.

Quare quotieſcunq; aliqua perſona, aut rixando, aut etiam non rixando, facit aliquas minas contra aliam perſonam, dicens, quia tu mihi feciſti ſic uel ſic, ego faciam taliter quod ſenties ſi benefeciſti uel non: vel faciam quod eris male contenta de me, uel quod nunquam de tali re lætitiam habebis, & alias ſimiles minas, & poſtea ſequitur effectus: ſignũ eſt, quod talis effectus ſit cauſatus opera diaboli, præcipue quando non poteſt ſciri quomodo aliter talis effectus ſit ſecutus, & ideo tales minæ cum effectu ſequente faciunt magnam præſumptionem & urgentem coniecturam, quod talis minans ſit Strigia, & diabolo per abnegationem fidei dedicata, & erit indicium ſufficiens ad torturam: ſicut de eo qui minatus eſt alteri de percutiendo eum, & demum fuit percuſſus & neſcitur a quo, præſumendum eſt quod fuerit ille qui minas intulit, de quo habes diffuſe in uerbo, tortura, §.26.

Ecce ergo quomodo per has coniecturas deteguntur illi qui ſunt de hac ſecta, & hoc maxime, quia talibus coniecturis contingit frequenter imo quaſi ſemper veritatem adeſſe, prout cõtinua & quotidiana experiẽtia docet, ideo faciunt magnum & graue indicium, ut habes ſupra, in uerbo, indicium. §. quinto.

Deteguntur etiam per aliqua ſigna, puta ſi faciunt ficas quando eleuatur corpus Chriſti, vel auertunt faciem a cruce, & ſimilia, quę faciunt communiter illi qui ſunt de hac ſecta: & ſic finitur iſte tractatus ad laudem Dei.

FRAN-

FRANCISCI PEGÑAE ANNOTATIONES IN TRACTATVM DE STRIGIIS.

BERNARDI COMENSIS.

DE ſtrigibus ſeu lamiis multa multi diſſeruerunt. Iacobus Sprengerius in Malleo maleficarum. Syluester de Pierio de ſtrigimagarum & Dæmonum mirandis, ſcripſit tres libros, Bartholomæus Spineus quæſtionem ſcripſit de ſtrigibus multis capitibus comprehenſam, item quadruplicẽ apologiam de lamiis contra Ponzinibium, Ambroſius de Vignate tract. de hæret. q. 12. Alfonſus Caſtrus lib. 1. c. 16. de iuſta hæreticorum punitione. Paul. Grilland. tract. de ſortileg. q. 7. Arnald. Albertinus tract. de agnoſcen. aſſert. q. 24. & 25. Iacobus Simancas de Cathol. inſtit. tit. 37. de lamiis, & plerique alii, quos longum eſſet recenſere.

Inſtitutum huius Auctoris, vt apparet ex ſerie diſputationis, fuit docere, lamias ſiue ſtriges ad nocturnos ludos ſiue choreas corporaliter deferri, quæ ſententia communis eſt omnium ſcribentium, eaque veriſſima, multis quidem rationibus, & euidentibus ſignis, atque experimentis comprobata.

Sed Franciſcus Ponzinibius neſcio quo ſpiritu ductus, hanc communem ſententiam ſolus (quod ego ſciam) in dubium reuocans tractatu de lamiis, conatus eſt defendere eas non ferri corporaliter.

Cæterum huic Ponzinibio vſque adeo egregie reſpondit Bartholomæus Spineus Ordinis Prædicatorii Theologus non vulgaris, vt ora ei obſtruxiſſe videatur, ac docuiſſe ignoraſſe Ponzinibium quæ ſcripſerit.

Veriſſimam ergo Bernardus in hoc tractatu ſententiam amplexus, docet lamias corporaliter deferri, quamquam aliquando dormientes multa earum mẽtibus phantaſmata rerum occurrant, quas illæ potius vigilantes quàm dormiẽtes propter vehementiſsimam impreſsionem cernere opinentur.

Hæ impuræ fœminæ multis nominibus a multis appellantur: Quippe pharmacides, & pharmaceutriæ dicuntur a Græcis: idque à nomine pharmacias, quo vocabulo ars earum exprimitur: à Latinis autem promiſcue & confuſe

vocantur Lamiæ, Striges, Magæ, Veneficæ, Incantatrices, & Maleficæ, vulgo item in Italia Strighæ dicuntur, & Srigoni: Hiſpani interdum Bruxios, aut Bruxias, interdum vero Xorguinos, vel Xorguinas nominant: quarum appellationum ratio breuiter reddi non poteſt. Auctor in hoc tractatu Strigias nominat vulgatam fere Italiæ appellationem ſecutus.

Idem autem in principio huius tractatus minus vere loquitur, dum de origine dictionis, ſtrigiæ, diſſerens, ait, dictas fuiſſe ſtrigas uel a Stigæ inferni palude, vel a uoce Græca, ſtigetos, quæ mæſtitiam ſignificat, eo quòd multos mæſtos & triſtes efficiant. Id enim verum eſt quod Alfonſus & Simancas tradiderunt, videlicet eas ſtriges eſſe appellatas ad ſimilitudinem ſtrigis nocturnæ & & importunæ auis: inde ſi quidem dicuntur ſtriges mulieres iſtæ, quia noctu præcipue verſantur in maleficiis & infantium ſanguinem ſugunt: in quam ſententiam appoſitè recitantur carmina quædam Ouidiana a præcitatis relata, quæ gratia breuitatis conſulto omittuntur a nobis.

Numero 4. ſiue §. 4. Auctor multa commemorat ad intelligentiam cap. Epiſcopi, 26. quæſt. 5. quòd ex Concilio Ancyrenſi deſumptum eſſe opinatur, ſecutus Gratiani inſcriptionem, ſed vere in Gratiani Decreto nuper Romæ edito annotatum eſt, id cap. neque in Concilio Ancyrano Græco, neque Latino inueniri, nihilominus tamen non eſt eius auctoritas contemnenda. Et quod ad eius intelligentiam attinet, late tradunt Alfonſus Caſtrus, Syluester, & Spineus, præcitatis locis.

In Summa eius decreti uera intelligentia talis mihi eſſe uidetur: ibi enim non agitur de lamiis, ſed de quibuſdam hæreticis, qui credebant, quòd Diana fuit in Deam conuerſa, & quòd creatura mutari, aut transformari poteſt ex vna ſubſtantia in aliam, vel de una ſpecie, in aliam ſpeciem, ab alio, quàm a vero Deo: & quòd beſtiis vehebantur, vt Herodiadi ſeruirent. Quæ omnia falſa ſunt, erronea, & hæretica, & a lamiarum ſecta longe diuerſa, neque illi patres, quorum eſt decretum illud, negant lamias poſſe corporaliter a dæmonibus tráſferri per longa regionum ſpatia: neque illum hæreticum, aut ſtultum eſſe decernunt, qui credit ea fieri poſſe, quæ ſæpe a dæmonibus cum lamiis perpetrantur, recte ergo Bernardus hic ait in dicto c. Epiſcopi, non haberi ſermonem de ſecta ſtrigiarum, ſiue lamiarum.

Cum uero idem hic Auctor in hoc tractatu, numero ſiue §. 12. aſſerit ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis pertinere de lamiarum ſecta cognoſcere, contra eas procedere, & ſicut alios hæreticos punire, id quidem veriſſimum eſt, & multis Romanorum Pontificum ſanctionibus conſtitutum, uidelicet Innocentii VIII. cuius initium eſt; Summis deſiderantes affectibus, quam refert Iacobus Sprengerius in principio Mallei Maleficarum, & Bartholomæus Spineus in libro de ſtrigibus, cap. 3. Item Adriani Sexti, quæ incipit: Dudum ut nobis, quam refert idem Spineus præcitato loco. Item Alexandri ſexti, cuius principium eſt; Cum acceperimus, quæ refertur inter litte-

ras Apo-

tas Apoſtolicas pro officio Sanctæ Inquiſitionis, in fine Directorii Inquiſitor. & hæc eſt communis noſtrorum ſententia, quam optime confirmant rationes hoc loco ab auctore allatæ.

Quòd ſi queras an ſoli Inquiſitores in cauſis lamiarum procedere poſſint secus ac fiat in cauſis hereticorum, vt in cap. per hoc. de heret. lib. 6. extrauag. ex eo. de hæret. Clement. 1. de hæret. reſpondebo, tutius quidem eſſe ac decentius vt inquiſitores perinde in cauſis lamiarum ac in cauſis hæreticorum procedant, & proceſsus conficiant requiſitis diœceſanis ſecundum iuris diſpoſitionem in locis proxime citatis; nihilominus tamen ſi ſoli velint procedere, id quidem facere poſsunt, & quod ſoli procedentes fecerint ac decreuerint, ſiue condemnando, ſiue abſoluendo, id validum erit, ſicut conſtat ex præcitata conſtitutione Alexandri Sexti, cuius verba hic inſerere placuit, habent autem ita.

ALEXANDER PAPA.

Dilecto filio Angelo de Verona Ordinis Prædicatorum ſacræ Theologiæ profeſſori, in prouincia Lombardiæ hęreticę prauitatis Inquiſitori, & ſucceſſoribus ſuis. Dilecte filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum acceperimus in prouincia Lombardię diuerſas utriuſq; ſexus perſonas, diuerſis incãtationibus, & diabolicis ſuperſtitionibus operã dare, ſuiſque ueneficiis & uanis obſeruationibus multa nefanda ſcelera procurare: homines, & iumenta, ac campos deſtruere, & diuerſos errores inducere, magnaque inde ſcandala exoriri: Decreuimus pro paſtorali officij nobis ex alto commiſſi miniſterio, ſcelera huiuſmodi compeſcere, ac ſcandalis & erroribus pręmiſſis, quantum cum Deo poſſumus, occurrere: Eapropter tam tibi, quàm etiam ſucceſſoribus tuis per Lombardiam conſtitutis, de quibus in his & aliis plenam in domino fiduciam obtinemus, committimus & mandamus, vt etiam ſoli, honeſto tamen comitatu per uos eligendo aſſociati, contra eaſdem utriuſq; ſexus perſonas diligenter inquiratis: eaſque iuſtitia mediante, puniatis & cõpeſcatis. Et ut melius commiſſionem huiuſmodi exequi poſſitis, contra illas uobis plenam & omnimodam harum ſerie concedimus facultatem. Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon indultis & conceſſionibus ordinariis forſan pro tempore factis, cæteriſque cõtrariis quibuſcunque noc obſtantibus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die, &c.

Vltimo loco illud explicandum occurrit, quod hic Auctor videtur omiſiſſe in hac diſputatione, an videlicet lamiæ ab Inquiſitoribus Apoſtolicis ſeu aliis iudicibus Eccleſiaſticis, relinqui poſsint curiæ ſæculari, ſi confeſſæ fuerint

rint infanticidia, homicidia, aut alia grauiſſima crimina, aduerſus quæ per leges ciuiles mortis pœna ſtatuta eſt.

Et Iacobus Sprengerius in Malleo Maleficarum parte 1. quæſt. 14. circa finem, ait, ſatis probabile videri, ut quantumcunque pœniteant, non debeant ſicut alij hæretici carceribus perpetuis mancipari, ſed vltimo ſupplicio puniri.

Arnaldus tamen Albertinus tract. de agnoſcen. aſſert. quæſt. 5. nume. 66. quem ſequitur Simancas de Cath. inſtitu. tit. 37. de lamijs, num. 17. uere ſentit non poſſe Inquiſitores de iure, huiuſmodi delinquentes curiæ ſæculari tradere vltimo ſupplicio afficiendas, ſed eas corde puro redire volentes recipiendas eſſe ad Eccleſiæ gremium: nihil enim habet commune cauſa hæreſis cum infanticidiis, aut aliis criminibus a lamiis perpetratis, quorum quidem criminum cognitio ad Inquiſitores minimè pertinet, quare inique mihi agere viderentur iudices fidei, ſi maleficis huiuſmodi pœnitere volentibus beneficium miſericordiæ & abſolutionis denegarent.

Sed ab hac ſententia ſequentem caſum excipimus: nam ſi maleficæ a iudicibus ſæcularibus primum captæ Inquiſitoribus fuerint conſignatæ propter incidentem hæreſim, cuius iudices ſæculares cognitionem non habent. cap. vt inquiſitionis. § . prohibemus. de hæret. lib. 6. vt cum verbi gratia, aliqua malefica capta fuit a ſæculari magiſtratu pro infanticidio, aut alio delicto ſæculari, & dum eam interrogaret, conſtitit ſibi de hæreſi, vel de alio delicto hæreſim ſapiente, tunc peracto iudicio hæreſis eidem iudici ſæculari reſtituenda malefica eſt, vt is, aliorum criminum cœptum iudicium legibus ciuilibus peragat: tunc enim non dicitur proprie curiæ ſæculari relinqui, ſed potius priori iudici reſtitui, qui ratione criminis ſæcularis ſuper malefica illa legitimam habet iuriſdictionem, itque hac ſententia ueriſsima eſt, & in praxi penitus obſeruanda, ſicut & obſeruatur iuxta conſtitutionem ſanctiſsimi domini noſtri Pii V. Pontificis maximi, cuius verba ita habent: Necnon carceratos quoſcunque pro quibuſuis delictis, & debitis etiam atrocibus apud dictum *In*quiſitionis officium quomodolibet delatos, uel denunciatos, ſuſpenſa aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eoſdem Cardinales, & Inquiſitionis carceres, ibidemque ad criminis hæreſis totaliter cognitionem, & expeditionem retinendos, & poſtea ad eoſdem officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos, ſine mora tranſmittant. *Hactenus ibi. Habetur autem hæc Conſtitutio inter litteras Apoſtolicas pro officio Sanctiſsimæ Inquiſitionis in fine Directorii Inquiſitorum.*

Scitu dignum eſt, an iudex fidei ad cuius aures ſeu tribunal legitime peruenit maleficam aliquam, quæ in carceribus iudicis ſæcularis continetur, hæreticam eſſe, aut de hæreſi ſuſpectam, poſsit compellere magiſtratum ſæcularem, vt eam ſibi conſignet pro cauſa hæreſis iudicandam; Et certiſſimum ac veriſsimum eſt, id poſſe facere: nam ratione criminis Eccleſiaſticè

eam ream uel reum, iudices fidei petere poſſunt, & debent omnino ſæculares magiſtratus eis obedire, nec ullo pacto de hoc crimine cũ mere ſit Eccleſiaſticum, directe uel indirecte cognoſcere poſſunt, aut iudicare. cap. ut Inquiſitionis. §. prohibemus. de heret. lib. 6.

Immo amplius poſſunt magiſtratus ſæculares quicunque compelli per fidei iudices ad exhibendum eis proceſſus, & quaslibet ſcripturas, poſsint intelligere an in eis quicquam contineatur aduerſus maleficam, aut maleficos cuiuſcunque ſexus, quod fidei cauſam tangat, & iudicium Inquiſitorum iuuare poſsit. argumen. textus in c. ut cõmiſsi. de hære. lib. 6. ibi; Necnon faciendi à quibuslibet aſſignari uobis libros ſeu quaternos, & alia ſcripta. *&c. conferunt tradita per Ioannem Roiam in ſingularibus fidei, ſingul. 4. incipien.* Edere inſtrumẽta.

Poſſunt autẽ iſti magiſtratus ſæculares compelli ad ſupradicta exhibenda & conſignanda per cenſuram eccleſiaſticam, excommunicationem videlicet, ſuſpenſionem, aut interdictum, hæc enim nomine cenſuræ eccleſiaſticę continentur, cap. quęrenti. extra, de uerb. ſignif.

Sed numquid poterit vice uerſa magiſtratus ſęcularis compellere iudicem fidei, ut ſibi exhibeat aliquas reas, reos ve, qui ſæcularia delicta commiſerunt, ut eos poſsit iuxta legum ciuilium ſanctiones punire? Equidem non poteſt, quia nulla ei in iudicem eccleſiaſticum competit iuriſdictio. cum uero iudex eccleſiaſticus in ſuo tribunali delinquentes punierit, tunc iudex ſęcularis pro criminibus ad ſuum forum pertinentibus eoſdem punire poterit. ad quod faciunt tradita per Antonium Gomezium tomo 3. uariar. reſol. cap. 1. nu. 40.

Atque hęc quæ breuiter tradidimus ſunt in hac cauſa lamiarum ad praxim iudicantium magis neceſſaria, quæ propterea addere huic Bernardi tractatui uiſum fuit opportunum.

Franciſcus Pegña.

FRANCISCVS PEGÑA
LECTORI.

Viſum eſt non inutile in fine Lucernæ Inquiſitorum Bernardi Comenſis, adiungere hos duos tractatus domini Ioannis Gerſoni, primum de proteſtatione circa materiam fidei: alterum vero de ſignis, quibus hæreticalis pertinacia cognoſci poſſit. Habentur quidem duo iſti tractatus in primo tomo operum Ioannis Gerſoni, ſed cum raro illa in manibus hominum verſentur, paratiores hic erunt. Sunt autem & fidei iudicibus, & conſultoribus ſancti officij vtiles, nec iniucundi.

De materia vero primi tractatus, de proteſtatione videlicet, multi ex his, qui de pœnis hæreticorum diſſerunt, ſcripſerunt, quorum aliquot hic nominabimus, vt vel hæc ex illis, vel illi ex hic poſitis, in multis articulis lumen declarationis accipiant.

De proteſtatione igitur in materia fidei copioſe & luculenter diſſeruit Nicolaus Eymericus in Directorio Inquiſitorum, parte 1. quæſtio. 12. Arnaldus Albertinus tract. de agnoſcen. aſſert. quæſtio. 12. idem in eodem tract. quæſt. 29. num. 13. Jacobus Simancas de Cathol. inſtitutio. tit. 55. de De proteſtatione, qui diſſeruerint.

proteſtatione. Ioannes Roias tract. de hæreti. parte 1. nume. 61. & ſeq. & alij ab illo ibidem relati. & Albericus tract. de ſtatutis. parte 4. quæſt. 32. incipien. Item quęrit. & multi præterea uarijs locis, quas ex pręcitatis non difficulter poteris intelligere.

Pro materia uero ſecundi tractatus, quos oporteat conſulere, in principio eius breuiter indicabo. vale.

INCI-

INCIPIT TRACTATVS MAGISTRI IOANNIS GERSON.

DE PROTESTATIONE CIRCA materiam fidei contra hęreſes diuerſas.

PROLOGVS.

PRoteſtatio, ſeu reuocatio generalis, aut conditionalis, quia quæritur nonnumquam aſſumi tanquam velamen iniquitatis, & ad excuſandas excuſationes in peccatis, præſertim ab hæreticis: propoſuimus declarare ſub aliquibus conſiderationibus, quid proteſtatio generalis, quid conditionalis reuocatio iuuant, vel important: maxime dum in hoc ſacro Conſtantien. Concilio ſentimus, quòd hæreſes vt cancer ſerpũt, & ſub huiuſmodi proteſtationibus deliteſcere quærunt; iunctis protelationibus, quæ ſub terminis iuris poſitiui, velut in cauſis profanis ſedulo procurantur: vt non protinus in lucem prodeat veritatis Catholicæ ſpecies, atque decus. 2. ad Timot. 2.

FINIS PROOEMII.

1 *PROTESTATIO quid ſit.*
2 *Credere, & fidem exterius profiteri ſub præcepto cadunt.*
3 *Quando quis obligetur fidem profiteri.*

CONSIDERATIO I.

1 PRoteſtatio circa materiam fidei, de qua ſola nunc intendimus, eſt quædã profeſſio, ſeu confeſſio facta exterius, ad oſtendendum quid de fide proteſtans ſentiat interius: iuxta illud Apoſtoli ad Roma. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem cõfeſſio fit ad ſalutem. Et ſic ad ſalutem, ut dixerit Chriſtus Luc. 9. Qui me erubuerit & ſermones meos, & filius hominis hunc erubeſcet coram Angelis Dei. Quo contra Matthæo teſte dicebat Matth. 10. Qui me confeſsus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.

2 Ex quibus elicitur quòd ſicut credere cadit ſub præcepto, ſic cadit fidem exterius profiteri; ſemper quidem, ſed non ad ſemper, cum ſit affirmatiuum præceptum.

3 Obligat autem ſemper, & ad ſemper, dum ex omiſſione confeſſionis libera diſpendium fidei vel ſalutis detrimentum probabiliter immineret, ut coram tyrannis, coram hæreticis, coram iudicibus, coram populis fides eſt diuerſimode palam confitenda, defendenda, teſtificanda, & ex officio prædicanda. Notetur Auguſtinus ſuper illud Apoſtoli, Oportet hæreſes eſſe. 1. ad Corinth. 2. Et recitatur 24. q. vlt. cap. fin. Faciunt pro hoc dicta ſcripturæ Io. 10. 2. Pet. 3. Malach. 2. Ezech. 3. & 33. & alibi ſine numero.

1 *QVI proteſtatur, non infertur errare.*
2 *Mos Catholicorum Doctorum in proteſtando.*
3 *Refert ſcire circa quæ quis proteſtetur.*
4 *Dubie profitens certam fidem, infidelis eſt.*
5 *Proteſtatio ſeu ſubmiſſio reuerentialis.*

CON-

CONSIDERATIO II.

1 PRoteſtatio generalis vel ſpecialis de ipſa fide,non infert quòd proteſtans errauerit:ſimiliter nec reuocatio conditionalis.Hoc eſt itaq; perſpicuum,quoniam homo quantumcunque fidelis dicere poteſt:Proteſtor quòd nihil intendo dicere,nec puto dixiſſe contra fidem:& ſi oppoſitum contingeret uel contigiſſet,illud ex nunc reuoco vel retracto.

2 Sic inueniuntur Doctores Catholici quandoque dixiſſe, imo & quotidianus mos apud exercitātes ſe in actibus Theologiæ ſcholaſticis ſic ſe habet, in quibus frequenter nullus eſt, aut fuit de errore notatus,qui ſic proteſtatur,aut reuocat.

3 Nihilominus aduertendum eſt, quòd refert proteſtari uel conditionaliter reuocare circa ea quæ clariſſimè & explicite ſunt de fide,ſicut ꝙ Deus eſt omnipotens, ꝙ proximus eſt diligendus:Aliter vero circa ea,quæ diſputabilitatem, uel difficultatem habent aliquam.In primo ſiquidem caſu fas eſt dicere cum Apoſtolo ad Gal.2. Si quis uobis aliud euangelizauerit etiam Angelus de cœlo, anathema ſit. Quocirca veniũt irridendi quandoque, imo & corripiendi nonnulli, qui concluſiones Theologicas poſituri, dicunt:Proteſtor ꝙ nihil uolo,uel intendo aſſerere,ſed tm̄ diſputatiue loqui; Deinde ponunt talem aliquam concluſionē:Deus eſt omnipotens:Deus eſt trinus & unus, quaſi uidelicet concluſiones tales nōn in certiſſima credulitate,ſed probabilitate tradi poſſint.

4 Deniq; ſic eſt iudicandum de omnibus, ad quæ profitens fidem ſuam obligatur explicite credere uel ex officio, uel ex eruditione,uel ex diuina reuelatione,vel ex aliquo tali modo: Alioquin ſicut dubius in fide, infidelis eſt,ſic & dubiè profitens certam fidem. Cap. dubius de hæret.

5 Neque tamen negandum eſt quin proteſtatio ſeu ſubmiſſio reuerentialis fieri poſſit: ſicut egit Apoſtolus conferendo Euangelium ſuum,de quo per reuelationem certus erat, cum Petro & alijs Apoſtolis, quibus tamen oppoſitum ſi fieri potuiſſet dicentibus nequaquam credidiſſet. Ad Galat.

Pro

1 *PROTESTATIO generalis, & conditionalis, cum errore eſſe poſſunt.*
1 *Hæreticorum ſolitæ proteſtationes.*
2 *Credens in generali & errans in particulari pertinaciter, vel iudicetur.*

CONSIDERATIO III.

1 PRoteſtatio generalis de fide, ſtat cum errore particulari, circa eam: & ſimiliter conditionalis reuocatio. Vidimus hoc & videmus in ipſis hæreticis, qui errāt videlicet pertinaciter contra fidem, circa ea quę tenentur explicita fide tenere, exterius profiteri; quorum nihilominus vox iſta eſt: proteſtor quòd eſſe volo bonus Catholicus; & ſi ſcirem aliquid eſſe contra fidem, illud ſtatim uellem reuocare. ſic Arrius, ſic Sabellius, ſic hæretici noſtri temporis plerumque dixerunt; quos tamen dannatio iudicialis interemit vel perdidit.

2 Datur ad conſiderationem hanc ratio talis: quia ſtat quòd aliquis credat aliquid in generali: vt quòd fides Catholica uera eſt, & pro hac mori vellet, qui nihilominus in ſpeciali credit de aliqua veritate Catholica quòd non ſit de fide, errans pertinaciter circa illam. Simile dicit Ariſtoteles quòd contingit aliquid ſcire in generali, & illud vel neſcire, uel de illo dubitare in particulari. Exemplum eſt de iſta: Omnis mula eſt ſterilis, hoc animal non eſt ſterile: demonſtrata mula, quam aliquis putat eſſe prægnantem ob turgidum ventrem: & neſcit, uel non aduertit eam eſse mulam, & ita ſicut in hoc caſu iſte neſcienter errat, ſic & alij de quibus loquimur dicuntur neſcienter hæretici, prout infra docebimus.

1 *PROTESTATIO generalis aut conditionalis non tuetur errantem pertinaciter.*
2 *Errans ſollicite debet quærere veritatem.*
3 *Sacra ſcriptura certa eſt regula fidei.*
4 *Faciens contra ſuam proteſtationem, non iuſtificatur.*
5 *Proteſtatio generalis ſtare poteſt cum infidelitate.*
6 *Redeuntes ad Eccleſiam dant libellos ſuæ fidei.*

Confeſ-

7 *Confeſsio ſacramentalis, an ſufficiat ſub conditione.*
8 *Intellectus cuiuſdam auctoritatis B. Gregorii.*
9 *Neſcienter hæreticus deponat conſcientiam.*

CONSIDERATIO IIII.

1 Proteſtatio generalis de fide non ſufficit ad purgationem errantis pertinaciter: ſic nec conditionalis proteſtatio. Sequitur hoc ex præcedenti.

2 Cuius etiam ratio talis eſt: quia debent errans particulariter & explicite circa ea quę ſunt fidei, quærere cauta ſollicitudine veritatem fidei, & obedire quæſitæ, ac ſufficienter edoctæ, tam credendo interius, quam exterius profitendæ. alioquin oſtendit ſe non paratum corrigi.

3 Oſtendit quoq; ſe nō credere ſacræ ſcripturæ catholicę, dū non credit eis, quæ ſufficienter contineri monſtrantur in eadē ſcriptura formaliter, vel in conſequentia euidenti, ſeu certa: quoniam ſi non corrigitur per hanc regulam ſcripturæ, nihil reliquum eſt per quod ad uiam ueritatis reducatur, ſecluſo miraculo.

4 Deniq; talis proteſtans ſeu conditionaliter reuocans, dum facit vel dicit oppoſitum ſuę proteſtationis ac reuocationis, patet ipſum non inde iuſtificari, ſed magis infici: cum ſit ipſe ſibimet contrarius.

5 Rurſus talis alios per huiuſmodi proteſtationes & reuocationes ab errore non reuocat: neque ſcandalum datum tollit, neque captiuat intellectum ſub Deo in obſequium fidei. Stat enim talis proteſtatio cum infidelitate: cum ſcandalo: cum tumore & arrogantia.

6 Propterea ſtatutum inuenitur in ſacris canonibus †, quod errantes dum correcti recipiebantur, dabant libellum ſuę confeſſionis abſolute de fide; & abiurationis de errore. † ca. ſi ſuberrimum 1 q. 7.

7 Recte quidem ſicut & in foro pęnitentiali non ſufficit ſub conditione facta confeſſio, dum aliquis ſcit vel ſcire debet abſolute quod peccauit, ſecus ubi non habetur certitudo, ſed ſcrupulus aliquis timidus, & uacillans neſciens ſi hoc fecit, uel

cit, uel malo modo fecit. quemadmodum circa cogitationes carnis, quas incontinens ſenſit, trepidat vel ignorat ſi conſentit. quo caſu ſufficit conditionalis confeſſio & ſalua veritate
8 doctrinæ Gregorij: Bonorum mentium eſt, inquit, agnoſcere culpam, ubi culpa non eſt. hoc eſt pœnitentiam quaſi pro culpa recipere, quaſi reus eſſet.
9 Sed opponitur contra conſiderationem de neſcienter hæretico, qui mentiretur contra conſcientiam ſi reuocaret. Reſponſio plana eſt: quia tenetur conſcientiam deponere, ex quo ſupponitur quod pertinax eſt. ſecus ubi quis errat non imputabiliter: Quia pro tunc non tenetur conſcientiam dimittere, ſed bene poſtmodum dum mouetur legitime. Facit pro conſideratione Calixtus ſicut habetur extra de pœniten. & remiſ. c. 1. Manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda, nec ſub conditione.

1 *PROTESTATIO generalis, & conditionalis reuocatio quando tueantur errantem.*
2 *Exemplum huius conſiderationis.*
3 *Ignorantia probabilis excuſat errantem.*
4 *Aduerbium ueraciter, cur poſitum in hac conſideratione.*

CONSIDERATIO V.

1 PRoteſtatio generalis, & conditionalis reuocatio ueraciter factæ ſufficiunt ad excuſationem, aut purgationẽ, dũ proteſtans & conditionaliter reuocans errant circa ea, quæ non tenentur explicite credere, uel abſolute confiteri.
2 Declaratur hoc in illis qui promptum habent animum ſtatim obediendi ueritati cognitę: ut ſi theologus aliquis, uel nõ theologus erraret circa unam propoſitionem in Biblia poſitam: Exempli gratia, quod Samuel unxit in regem ipſum Saul: uel quod Dauid fuit Paſtor ouium; non ideo diceretur
3 ſtatim hæreticus, quia forte numquam uidit uel audiuit textũ illius ſcripturę: ſed poſtquam oſtenditur in textu ſic haberi, continuo credit & aſſentitur, & ita proteſtatio & conditionalis reuo-

lis reuocatio ſaluant eũ, ne pertinax eſſe, uel fuiſſe condemnetur.

3 Præſertim dum de ignorantia ſua poteſt afferre ſufficiens documentum, alioquin forte iudicaretur apud homines pertinax fuiſſe: apud Deum vero maneret innoxius.

4 Propterea poſitum eſt in conſideratione hoc aduerbium, veraciter, per quod excluduntur, qui non ex animo, ſed ficte & inaniter proteſtantur diſſidentes in ſemetipſis corde, voce, & opere.

1 *PROTESTATIO generalis dicentis, ſufficit mihi fides Eccleſiæ, &c. non ſemper tuetur proteſtantem.*
2 *Quale ſymbolum Chriſtianis non ſufficiat.*
2 *Symbolum Apoſtolorum explicite credendum eſt.*
3 *Communiter publicata apud Chriſtianos ignorare non licet.*
4 *Quibuſdam incumbit multiplici ratione fidem habere explicitam de pluribus rebus.*
5 *Prælatorum partes quales.*
6 *Doctores Theologi non facile præſumuntur quædam ignorare.*
7 *Quidam etiam ex laicis multa de lege diuina ſcire debent, & quare.*
8 *Nemo quæ ſunt officii ſui præſumitur ignorare.*
9 *Ex donis gratuitis quandoq; conſurgit obligatio ad credendum explicite.*
10 *Errant qui putant ſe in fide implicita tutos eſſe, cum explicitam habere debeant.*
11 *Maiores magis explicite credere debent.*

CONSIDERATIO VI.

1 PRoteſtatio generalis de fide, qua dicũt aliqui, ſufficit mihi fides Eccleſiæ, ſufficit quod ſaluer in fide parentum, ſufficit mihi dicere: Credo in Deum: nõ ſaluat ſemper huiuſmodi proteſtantes, etiã ſi nõ errant. Deducitur hoc: quia nõ ſufficit ſola fides generalis & implicita, ſed explicita requiritur: apud iſtos quidem minus, apud alios amplius. vnde ſymbolum generale apud omnes capaces rationis eſt illud, quod poſuit Apoſtolus ad Heb. 11. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe, remunerator ſit.

2 Porro apud Chriſtianos, quibus facta eſt apertior reuelatio de credendis, non ſufficit hoc ſymbolum, ſed debent explicite credere ſymbolum Apoſtolorum & illud addiſcere protinus vt ueniunt ad annos diſcretionis; ſicut ab initio dum baptizabantur adulti, fiebant prius catechumeni profitentes explicite fidem ſuam, quemadmodum pro paruulis patrini nunc reſpondent.

3 Deinde ſunt multa de fide per vniuerſos pene Chriſtianos promulgata in prædicationibus, in picturis, in mutuis relationibus ſeu collationibus, in obſeruationibus authenticis celebritatum Sanctorum, & ita de reliquis. Hæc autem talia quæ publicè fiunt, non eſt licitum (ſicut dicit canon) ignorare. Non enim excuſarentur laici ſi non crederent infernum eſſe: ſi non bonos Angelos, ſi non malos, ſi non Sanctos & Sanctas, ſi non præterea decem præcepta legis iuxta planum & textualem eorum intellectum, ut quod non eſt *idololatrandum*, quod non periurandum, non occidendum, quod non furandum, quod non mœchandum, & ita de reliquis primis impreſſionibus, legibus, ac inſcriptionibus naturę, quas nemo capax rationis, maxime poſtquam ſibi traditę ſunt per doctrinam, permittitur ignorare.

Amplius uero ſunt alii, quos ultra ſimplices & commune vulgus hominum neceſſe eſt habere fidem explicitam de plurimis, multiplici & ſpecialiter quadruplici ratione: Primo propter officium paſtorale ſuper alios, ut paſcant eos in fide & doctrina, & ab hæreticorum argutijs ſapienter defendant. Conſtat enim quod aliqui ſunt in eccleſia ad hoc obligati ex officio: alioquin non eſſet ſufficienter inſtituta.

5 Iſti autem ſunt Prælati iuxta quod profitentur utrumque ſe teſtamentum ſcire, quod & Apoſtolus ſæuius explicuit dum Timotheum & Titum chariſſimos diſcipulos inſtrueret, & alios Actuum 20. dicens: Attendite uobis, & vniuerſo gregi, in quo poſuit vos Spiritus ſanctus Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, &c.

6 Deinde ſecũdo ſunt Doctores, in ſacris litteris profeſſores, quos ignorantia nõ poteſt excuſare, quin ſciant explicitè plurimas

rimas

rimas veritates contentas in Biblia, & alias ex eis deductas: Alioquin Doctoris nomen & gradum damnabiliter & inexcuſabiliter vſurparent.

7 Proinde ſunt alij de ſtatu etiam laicali, quos oportet multa ſcire de legibus diuinis præceptorum moralium, de articulatim & explicite propter ſuſceptum ab eis officium: ut quia rectores populorum, quia iudices eorum, quia conſiliarij, uel aſſeſſores ſunt eorundem rectorum & iudicum in cauſis variis criminalibus atque ciuilibus, quod animaduertens Salomon petiuit a Domino cor docile & intelligens ad faciēdum iuſtitiam, & ad faciendum iudicium. Lib. 3. Reg. 3.

8 Eſt itaque regula, quòd nullus ea quæ ſunt officij ſui permittitur ignorare. quæ regula reſpicit, nedum Prælatos maiores, aut Principes ſuperiores, ſed minores & inferiores in vtroque ſtatu clericali, ut ſunt Curati & Confeſſores in foro pœnitentiæ: & in ſtatu laicali, vt Præpoſiti, vel Balliui.

9 Poſtremo conſurgit quarto generalis obligatio ad credulitatem aliquorum explicitam, non ex ſolo gradu hierarchico, ſed ex alijs donis gratuitis, ut ſunt viuacitas ingenij naturalis, ut iudicium ſolers, vt uis Gnomica vel Epyeikes, ut particularis eruditio, ut uehemens applicatio ad ſcripturas ſacras Canonicas vel ciuiles: hic enim ueritatem habet illud Gregorij: Tantum ab vnoquoque dominus exigit, quantum dedit.

10 Quò fit vt perſpicua ſit conſideratio, quæ dicta eſt aduerſus reprobam nonnullorum deſidiam vel taciturnitatem; quæ dum fides confitenda uenit explicite ſe in implicita latere tutos putant. aut quæ talentum multiplicis doni naturalis, vel gratuiti, quòd multiplicandum ſuſceperant a domino ſpiritualibus incrementis defodiunt in terram, ſuperuacuæ, uel noxiæ curioſitatis temporalis ſibi blandientes, quòd in fide non errant, quippe de ea nihil ſciunt, curant, uel interrogant.

11 Notetur pro conſideratione ſanctus Thomas 2. 2. quæſt. 2. artic. 6. Explicatio inquit, fidei ad inferiores homines oportet quòd veniat per maiores. quod probat auctoritate Dionyſij, concludens, quòd oportet eos pleniorem habere noti-

tiam de credendis, & magis explicite credere.

1 *PROTESTATIO generalis, ſeu conditionalis reuocatio quos non tueatur vt in hac conſideratione.*
1 *Ignorantia craſſa, affectata, vel ſupina non excuſat.*
2 *Hæretici non habent zelum ſecundum ſcientiam.*

CONSIDERATIO VII.

1 PRoteſtatio generalis, ſeu conditionalis reuocatio, quę dicitur ab aliquibus pertinaciter errantibus: Si hæc veritas mihi nota eſſet, ſcit Deus, quòd libenter eam corde crederem ad iuſtitiam, & ore confiterer ad ſalutem: non excuſat tales apud Deum, vel homines. Fundatur hoc ſuper illud Euangelij: Ecce venit hora, & nunc eſt, vt omnis qui vos interficit, arbitretur ſe obſequium pręſtare Deo. Sic Apoſtolus prius errans in Chriſtianorum perſecutione, iudicabat de ſeipſo. Sic ad Iudæos loquens dicit: Et nunc ſcio fratres, quòd hæc per ignorantiam feciſtis, quos tamen non excuſabat de nece Chriſti; dum alibi dicit: Ignorās ignorabitur. Erat quippe iuris ignorantia affectata, craſſa, vel ſupina.

Io 16. — Act. 3. — 1. Cor. 14.

2 Sic hæretici dum ſe morti tradunt pro defendendis erroribus ſuis, arbitrantur ſe catholicos, & mereri: habent quippe zelum prout dat aliquibus teſtimonium Paulus, ſed non ſecundum ſcientiam: quare non ſecundum ſcientiam? Nimirū quia ſcientiæ Dei (quæ eſt ſcriptura ſacra) ſuam ſophiſticam ſcientiam ſic præponunt, quòd eidem nolunt eſſe ſubiecti: quamuis aliter ſint ſibimet conſcij, non tamen in hoc iuſtificati: quia mentitur iniquitas ſibi.

1 *PROTESTATIO aliquem quandoque excuſat in foro exteriori, non tamen interiori.*
2 *Qualia iudicia Dei, & qualia hominum.*
3 *Qualiter probet quis quòd non fuit pertinax.*
3 *Ignorantiam allegans eam probare debet.*

CON-

CONSIDERATIO VIII.

1 PRoteſtatio generalis, ſeu conditionalis reuocatio quandoque ſufficiunt excuſare proteſtantem apud forum exterius, quem non excuſat in interiori foro Deus, & econtra.

2 Conſurgit hæc varietas, quoniam aliter iudicat Deus, aliter homo; Deus inſpicit corda, & ſcit quid intus agatur conformiter ad proteſtationem ſeu reuocationem, aut difformiter ad eam: humanum vero iudicum id ſpectat, quòd foris eſt, & unde certificari poteſt per ſigna, teſtes, uoces, & opera. Quò fit vt vere credens interius & explicite quandoque non poſſit hoc oſtendere contra teſtes & ſigna: aliquando autem fit è contra, vt qui veraciter eſt hæreticus in corde, ille humano teſtimonio per allegationem ignorantiæ, vel aliter Catholicus cenſeatur & abſoluatur.

3 Qualiter autem debeat aliquis probare quòd non fuit pertinax per allegationem ignorantiæ uel ſimplicitatis, hoc magis iuribus poſitiuis cautum eſt, quibus inter cætera dicitur, quòd allegans ignorantiam probare debet illam. Tradunt ſimiliter quibus argumentis, teſtibus, & indicijs poſſunt & debent iudices eccleſiaſtici pertinaciam conuincere præſentem vel præteritam in errante.

1 *ABSOLVTA & particularis reuocatio requiritur ad tuendum particulariter errantem.*

1 *Idem ſi ita non faciat, pertinax cenſetur.*

2 *Nulla communis reuocatio excuſat particulariter errantem.*

3 *Specialiter errans, & non reuocans ſpecialiter, non quærit cauta ſollicitudine veritatem.*

CONSIDERATIO VIIII.

1 PRoteſtatio ſpecialis de fide ſicut & abſoluta reuocatio de errore, requiruntur ad iuſtificationem illius, qui particularem errorem abſolute tenuit in verbis & in factis: quòd ſi legitime monitus facere renuit, ipſe pertinax cenſendus eſt.

Oſten-

2 Oſtenditur prima pars tali ratione: Nulla proteſtatio, ſeu reuocatio, quæ communis eſt omnibus catholicis, ſufficit ad iuſtificationem errantis in fide particulariter & explicite, dum hoc ſcit aut ſcire debet: quoniam non eſt idem iudicium de catholico & errante, ſicut nec innocente atque peccatore reſpectu confeſſionis ſacramentalis: Conſtat autem proteſtationem generalem, cum reuocatione conditionali ab omnibus catholicis, ſine mendacio, ſine diffamatione fieri poſſe: Requiritur igitur pro errantibus ſpecialior reuocatio.

3 Altera pars manifeſta eſt, quia talis non oſtendit ſe quærere cauta ſollicitudine ueritatem; ſed forte quadam diſſimulatione palliata, velamine reuocationis huiuſmodi conditionalis, quæ ad veritatem non eſt niſi quædam proteſtatio fidei generalis & non proprie reuocatio, quia conditionalis nihil ponit. Facit pro hoc quod dictum eſt ſuperius conſideratione 4. circa finem.

1 *PROTESTATIO particularis de fide non tuetur eum qui fuit hæreticus, licet nunc tueatur.*
2 *Qui legitime admonitus non deſerit errorem, pertinax eſt.*
3 *Qui fuit hæreticus declarari poteſt fuiſſe talis, quamuis emendetur.*
4 *Eccleſiæ miſericordia.*
5 *Qualis excuſatio non proſit ei qui fuit hæreticus.*
6 *Qualiter nouæ declarationes fieri contingant de aliqua hæreſi.*
7 *Declaratio alicuius propoſitionis facta per inferiores, qualiter obliget.*
8 *Semel diffinitum iterum diffiniri non debet.*
8 *Sæpe contingit, aliquid eſſe credendum explicite. quod ſufficiebat prius implicite credere.*

CONSIDERATIO X.

1 PRoteſtatio catholica de fide, cum reuocatione particulari & abſoluta de errore, licet iuſtificet errantem, quòd modo non ſit habendus pertinax aut hæreticus, non abſoluit tamen quando talis extiterit.

2 Præſuppoſita notorietate primæ partis in vtroq; foro Dei & hominis, quia talis corrigitur & obedit veritati, neque tenet

net plus errorem, quem deſerit per abſolutã reuocationem; deducitur altera pars: conſtat itaque hoc ſolo priuari Deum facere, ſcilicet præteritum non fuiſſe, ut notat Hieronymus & Salomon. Quiſquis igitur fuerit de præterito ſic adhærens errori ſuo, cuius oppoſitum tenebatur explicita fide tenere aliquo modorũ prætacto, quod perſiſtebat in illo errore monitus etiam legitime uel edoctus, ſeu fraternaliter, ſeu Doctoraliter, ſeu iudicialiter, per ſcripturam ſacram, per rationem euidentem, aut aliter: talis vere fuit pertinax in errore, & ex conſequenti nedum hæreticans, ſed hæreticus.

3 Propterea quantumlibet emendetur, nunc poteſt declarari fuiſſe talis, atque hæreticorum pœnis ſubijci, ſub perpetua carcerali cuſtodia, uel aliter, ſublatis ſibi quibuslibet dignitatis, officij, uel honoris inſignibus.

4 Solet tamen apud Eccleſiam miſericordia ſuperexaltare iudicium, præſertim humilitate reuocantis errorem ſponte, palam, & abſolute proſpecta.

5 Quod ſi dixerit proteſtans huiuſmodi: Ecce paratus fui ſemper audire Eccleſiam: audire determinationem ſedis Apoſtolicę, uel ſacri Concilij qualiter accuſor nunc de pertinacia circa doctrinam aliquam priuſquam fuerit hoc modo declarata, diffinita, & iudicata? quid enim mihi de inferioribus iudicibus, quid de Doctoribus: & errorem diffinitoribus, quibus obedire nequaquam aſtringor, ut qui ſubiectus eis non ſum: ſed prælatus, ut ipſi: doctor, ut ipſi? Sic blanditur pertinax arrogantia ſibi, ſic ſe fallit, & alludit, tamquam videlicet nihil explicite credendum ſit, niſi Papa prius, niſi Cardinalis illud ſub præciſa uerborum forma ſententialiter damnauerint.

6 Eſt itaque longe aliter iuxta deductionẽ illorum, qui probant nullam inueniri poſſe nouam hęreſim: quia quęcunque detur illa prius erat ſcripturæ ſacrę cõtraria, ab ipſaque dãnata: ſicut modo dicente Auguſtino, ſi quid noxium eſt, hoc ſcilicet in ſcriptura ſacra damnatur. fatemur nihilominus poſſe fieri declarationem nouam; tam doctrinaliter, quam iudicialiter de aliqua hæreſi, quod ſcripturę ſacrę repugnans eſt.

quę

quæ declaratio etſi fieri habeat principaliori ac ſuperiori au-ctoritate generaliter obligante per ſedem Apoſtolicam & ſacrum Concilium: fit nihilominus quotidie legitima declaratio talis per Doctores & expoſitores ſacræ ſcripturæ, ac per Prælatos inferiores: quos oportet explicite multa ſcire ad inſtructionem populi ſui.

7 Hæc autem declaratio, & ſi non obliget, ut præciſe talis eſt alienos, obligat tamen ut conuincitur eſſe facta conformiter ad ſacram ſcripturam, quæ eſt antecedens, quo conceſſo, ſi conſequentia negari rationabiliter nequit, cōcedenda eſt conſequenter explicita concluſio, quæ declaratur & infertur. quoniam ex ueris non ſequitur niſi uerum. Itaque ſi quis diceret, quod Chriſtus non habuit neruos: aut quòd omnis puer non baptizatus, poteſt licenter occidi: aut quòd pro bono cō muni licitum eſt falſum dicere. Talis perſeuerans poſt declarationem ſufficientem ſibi factam, non excuſaretur a pertinacia, quantumcunque clamaret, peto iudicium Eccleſiæ, uel ſacri Concilij, huic me ſubmitto, hanc audio.

8 Poteſt equidem tali dici, quod actum eſt ne agas: quod iam diffinitum eſt, diffiniendum non expectes: diffinitum inquam etſi non in eadem uerborum forma, tamen in effectu & in ſententia: Vnde fit, ut aliquis vno tempore teneatur aliquid explicite credere ad quod prius fides implicita ſatis erat, ſecundum Thomam, 2.2. quæſt. 2. vbi loquitur de credēdis implicite uel explicite.

1 *ERRANS in fide neſcienter non tenetur neceſſario proteſtari.*
2 *Nec incurrit pęnas hæreticorum.*
3 *Sanctus Auguſtinus multa retractauit.*
4 *Differentia multiplex inter neſcienter & ſcienter errantes, & inter ſcienter & neſcienter hæreticos.*
4 *Ea differentia conſiſtit in crimine, in modo, in pęna.*
5 *Quadruplex modus errandi in fide, & primus declaratur.*
6 *Secundus modus errandi in fide.*
7 *Errantes in his quæ non tenentur explicite credere, bifariam poſſunt ſe habere. & hic continentur tertius & quartus modus errandi in fide.*
8 *Modus errandi diuerſus.*
9 *Qualiter detegatur pertinacia.*

Diuerſi-

10 *Diuerſitas in crimine circa errantes.*
10 *Item diuerſitas in pęna circa eoſdem.*
10 *Conſuetudo theologorum Pariſien. in proteſtando.*

CONSIDERATIO XI.

1 PRoteſtatio ſpecialis de fide, uel abſoluta reuocatio ſpecialis de errore, non debet fieri neceſſario dum quis errat neſcienter in fide.

2 Conſtat itaque quod nullus mentiri tenetur. hic autem neſcienter errans, ſi ſe diceret errare, mentiretur ſtante tali conſcientia. Talis præterea pœnas hæreticorum, uel infamiam etiam poſteaquam deprehenditur erraſſe, & abſolute reuocat, non incurrit.

3 Patuit hoc in Auguſtino, qui multa prius neſcienter errata poſtmodum abſolute correxit ſub nomine retractationis, uel aliquo tali modo loquendi, qui reuocationem denotabat, vtẽdo talibus uerbis: temere dictum eſt; minus conſiderate dictũ eſt; hoc improbo; hoc non approbo; hoc mihi non placet. Notetur ad hoc idem Auguſtinus ad Vincentium 34.q.ult.cap.finali. & Gelaſius ibidem, q.2.c.negatur.

4 Elicitur conſequenter ex iſtis differentia multiplex inter ſcienter & neſcienter errantes, & inter ſcienter & neſcienter hæreticos: & hoc quo ad tria quæ ſunt, crimen, modus, & pœna, iuxta quod notetur dictum Auguſtini 24. quęſt. 3. cap. dixit Apoſtolus. vbi ait: Qui ſententiam ſuam quamuis falſam aut peruerſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt, prǽſertim quam non audacia ſuæ præſumptionis cęperunt, ſed a ſeductis atque in errorẽ lapſis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta ſollicitudine ueritatem, corrigi parati cum inuenerint; nequaquam ſunt inter hæreticos reputandi.

5 Vnde colligitur, quod quadruplex eſt modus errandi circa fidem, Vno modo credendo, quod fides catholica ſit falſa, aut ſcriptura ſacra: & ſic errans dicitur ſcienter hęreticus, quia non eſt paratus corrigi, cum neget regulam, per quam habet dirigi ſeu reuocari.

6 Poteſt alio modo quis errare credendo generaliter, quod fides catholica ſit uera, ſed æſtimat aliquam eſſe fidem catholicam, quę in veritate non eſt catholica: ſicut Arriani recipientes ſcripturam ſacram, ſed ad ſenſum peruerſum: qui ſectam ſuam ſolam putabant eſſe catholicam, hi ſunt ne ſcienter hæretici. Errant autem præcedentes in utroque modo contra fidem, quam explicite credere tenentur.

7 Sunt alii circa fidem errantes in his quæ non tenentur pro tunc explicite credere, & hoc dupliciter: Vno modo pertinaciter quia non parati ſunt corrigi, ſed propter ſuperbiam ſuam, aut aliter proprium defendunt errorem. Altero modo dum parati ſunt corrigi protinus agnita ueritate, quia non pertinaci animoſitate defendunt errorem, ſed ex ſola ſimplicitate, uel ignorantia ſunt in errore. Cæterum inter hos quatuor modos primi magis peccant, quam ſecundi: & ſecundi quam tertij.

8 Modus errandi ſimiliter diuerſus eſt: quoniam in duobus primis error inuenitur, quem tenentur explicite diſcredere & diffiteri: tertij vero pertinaciter errant in illo, cuius oppoſitum pro tunc non tenentur explicita fide tenere, ſed implicita. ſed quia renuunt corrigi, dicuntur hæretici.

9 Qualiter vero deprehendatur aut cognoſcatur talis pertinacia, declaratur ſummatim in alijs duodecim conſiderationibus, quæ ad hanc vnam reducuntur hic ab Auguſtino poſitam, quod tales non quærunt cauta ſollicitudine ueritatem: ſed eius declarationi reſiſtunt omiſſiue uel commiſſiue uarijs modis per ſe uel alios, verbis aut factis iudicialiter, aut extraiudicialiter, terroribus, aut muneribus, minis, aut blanditiis, propter deprauationem affectus: cauſa alicuius commodi temporalis aſſequendi, uel incommodi deuitandi, circa diuitias, delitas, & honores.

10 Habemus in his tripliciter errantibus diuerſitatem in crimine & in modo. pœna ſimiliter diuerſa eſt quo ad aliqua. Nihilominus tertij punientur ſicut duo primi, ſi iudicialiter euocati ſe corrigere, ſi errorem abſolute reuocare, ſi ueritatem oppoſitam profiteri noluerint: quia relinquuntur curiæ

ſæcula-

ſæculari: aut ſi ſe correxerit, pęnitentiæ ſalutari. At vero quati, quia non iungunt errori ſuo pertinaciam nunc vel antea, quamuis ſint corripiendi per reprobationem erroris, ipſi tamen nequaquam ſunt pœnis hæreticorum plectendi, nec infamia notandi: ſicut apud Scholaſticos Theologos in præclara vniuerſitate Pariſien. frequenter obſeruatur, quos proteſtatio generalis & conditionalis reuocatio iuuit ad hoc ne de pertinacia notarentur, iuncta humilitate, qua protinus reuocant errorem nedum conditionaliter, ſed abſolute: quæ reuocatio ſufficit magiſtris ad purgationem, nec ab actibus ſtudij legitimis exercendis vel conſequendis reuocantes ob inde repelluntur.

1 *PROTESTATIO generalis non liberat interdum proteſtantem a ſuſpicione hæreſis.*
2 *Leuis hæreſis ſuſpicio vnde naſcatur, & quis dicatur leuiter ſuſpectus.*
3 *Vehemens ſuſpicio hæreſis vnde proueniat, & quis ſit dicendus vehementer ſuſpectus.*
4 *Suſpicio violenta unde naſcatur, & quis dicatur uiolentur ſuſpectus.*
4 *Poſsibile eſt uiolenter ſuſpectum, in corde fidem catholicam retinere.*
5 *Violenter ſuſpectus qualiter ſe poſſit excuſare.*
6 *In ſuſpicionibus aſsumendis multæ circonſtantiæ ſunt conſiderandæ, & quæ illæ ſint.*

CONSIDERATIO XII.

1 PRoteſtatio generalis, aut conditionalis reuocatio non obſtat quin ſic proteſtãs aut reuocans dici poſſit ſuſpectus, de hæreſi quandoq; leuiter, quandoque vehementer, aliquando violenter.

Patebit hæc conſideratio per præcedentes, ſi docuerimus quis eſt dicendus de hæreſi, vel leuiter, vel vehementer, uel violenter ſuſpectus. Et hoc aliàs latiori ſermone declarauimus nunc ſummatim repetatur.

2 Itaque ſuſpicio leuis prouenit ex ſignis exterioribus operũ vel verborum, ex quibus cognitis accipitur coniectura, qua concludi poteſt non quidem frequenter ſed raro ſeu contin-

genter vt in paucioribus, quòd talia agens vel dicens eſt hæreticus. Itaque conſequentia leuis eſt & topica, ſicut argueremus: Petrus non uenit ad eccleſiam in ſolemnitate natiuitatis beatæ Mariæ Virginis: ergo non bene ſentit de ea, vel ſic: Petrus aſſumit nomen Dei frequenter in vanum, deierans & negans eum: ergo non bene credit de eo.

3 Porro vehemens ſuſpicio prouenit ex ſignis exterioribus operum vel verborum, ex quibus cognitis accipitur argumentum concludens frequenter, & vt in pluribus, quòd talia agens vel dicens eſt hæreticus: vt ſi quis neget explicite, palam, & publice ea quæ debet ex officio ſcire plus quam alij, quamuis poſſit in rei veritate negatio talis ex ignorantia prouenire, vel animi leuitate, non ex hæretica prauitate.

4 Dicimus demum, ſuſpicionem eſſe violentam, quæ ſumitur ex ſignis exterioribus operum vel verborum, ex quibus cognitis, concludi ſolet efficaciter, & vt ſemper, quòd talia agens vel dicens eſt hæreticus: quemadmodum ſi quis prædicet publice quòd Chriſtus non fuit verus Deus, quòd Deus non eſt diligendus ſuper omnia; quòd licitum eſt paſſim homines occidere ſicut beſtias, quòd iuramenta non ſunt tenenda: aut ſi patenter adoret ſepulchrum Machometi vel ſi deferat habitum Iudæis appropriatum, non quidem ioco faciens hoc, ſed ſerio. Conſtat nempe quòd poſſibile eſt talia facientem vel agentem tenere veraciter interius fidem catholicam: Sicut de Salomone idololatrante, & de Marcellino idolis ſacrificante dicunt multi, quòd neuter eorum fuit hæreticus in mente. Nihilominus eccleſia de exterioribus iudicans, non de occultis, arguet in talibus violentam præſumptionem, & ſecundum eam feret iudicium, exemplo Salomonis de meretricibus 3. Regum 3.

5 Et hoc niſi talis violenter ſuſpectus ſe legitimè purgauerit, allegando vel ignorantiam, vel timorem, uel fictionem, aut aliquid huiuſmodi, paratum corrigi ſe demonſtrans.

6 Quocirca patet valere plurimum circa ſuſpiciones huiuſmodi aſſumendas pro argumentis, conſiderare conſuetudines patriarum, locorum, temporum, perſonarum modos, & indicia. Euenit quippe quòd verbum vnum dabit ſuſpicionem hæreſis in vno loco, vel in una perſona, quod in alio loco uel perſo-

perſona nihil reputabitur. Exemplum de negantibus & deſpicientibus Deum quotidianis verbis in certis partibus, quod in alijs partibus multis horridum iudicaretur, & hæreſi proximum.

Has interim conſiderationes duodecim poſuiſſe velut in tranſcurſu ſuffecerit 29. menſis Octobris anni 1415. in Ciuitate Conſtantien. vbi ſacrum agebatur generale Concilium, pręſtante eo, qui eſt Deus benedictus in ſæcula. Amen.

FINIS.

IN TRACTATVM SEQVENTEM de ſignis, quibus ſolet aliquis de pertinacia notari, vel conuinci.

BREVIS ANNOTATIO.

De pertinacia, & hæreticis pertinacibus, ſeu impœnitentibus copioſè agit Eymericus in Directorio Inquiſi. par. 2. q. 40. Repertorium Inquiſit. verbo, pertinax. Alfonſus Caſtrus lib. 1. c. 9. de iuſta hæreticorum punitione. Iulius Clarus §. *hæreſis. verſi. & nota. Albertinus tract. de agnoſc. aſſer. q. 3. Simancas de Catho. inſtitu. tit. 48. de pertinacibus, Bernardus Cõmenſis in Lucerna Inquiſit. verbo, pertinax, & alij quos retuli apud Eymericum in Direct. Inquiſit. parte 2. ſuper quæſt. 40.*

Iam quot & quibus modis (quod eſt huius tractatus proprium) aliquis de hereſi accuſatus, de pertinacia conuinci poſſit, copioſè docet Arnaldus Albertinus in præcitato tract. de agnoſcen. aſſer. q. 30. eum omnino videto.

SEquuntur duodecim conſiderationes ſecundum totidem ſigna, quibus ſolet aliquis de pertinacia notari, uel conuinci circa materiam hæreticæ prauitatis: pręmittendo qualis ſit pertinaciæ diffinitio vel ratio.

1 *PERTINACIA quid ſit, & in quo conſiſtat.*
2 *Pertinax quis dicatur.*
3 *Multiplex pertinaciæ ſignum.*

CONSIDERATIO I.

1 PErtinaciæ propria ratio, quæ errantem in fide, ſeu hæreticantem efficit hæreticum, conſiſtit in deprauatione voluntatis per ſuperbiam, aut aliud officium, dum non vult errans cauta ſollicitudine quærere veritatem: aut dum perſpectę monſtratæque renuit aſſentiri, vel errorem dimittere.

2 Dicitur enim pertinax ſecundum Iſidorum, quaſi imprudenter tenax, qui perſiſtit in illo ſcilicet qđ deberet dimittere.

3 Cæterum pertinacię ſignum exterius multiplex inuenitur: Secundo, cum quis ſuſtinet excommunicationem vltro, nec poteſt ſe ſufficienter excuſare. Et hoc ſumitur ex iuris præſumptione.

Tertio alterum, citatus pro leui ſuper fidei etiam ſuſpicione iudicialiter renuit comparere, uel reſpondere, & amplius ſi ſit præſumptio vehemens, aut violenta: & hoc ſimiliter oritur ex iuris fictione.

Quarto, alterum eſt pertinaciæ ſignum, dum quis aſſerit & defendit errorem, cuius oppoſitam veritatem tenetur explicita fide tenere. Tenetur inquam vel ex publica obſeruatione, uel ex communi doctrina Eccleſiæ, uel ex officio ſeu ſtatu ſuo, vel ex informatione ſufficienti, vel ex naturali iudicio ra-

tionis,

tionis,quemadmodum quilibet capax rationis tenetur explicite credere nedum articulos fidei ſi ſit Chriſtianus, ſed etiã principia legis naturalis, quæ ſunt de primis impreſſionibus, & inſcriptionibus indelebilibus, ut ſunt præcepta Decalogi, recepta ſecundum planum & uſitatum intellectum apud omnes utentes ratione non deprauata in quacumque lege.

Quinto,alterum pertinaciæ ſignum,dum quis ueritatem fidei nedum non quærit cauta ſollicitudine, ſed declarationem eius impedit, ne ueniat ad lucem, maxime ſi concilium fidei ſpeciale uel generale propter hoc in ſe uel in ſuis impedit directe uel indirecte moleſtat atque perſequatur.

Sexto,alterum pertinaciç ſignum,dum quis ueritatem Eccleſiæ docentes ſeu determinantes odire ſe monſtrat, & perſequi uerbis,atq; factis, etiam ſi dicat, ſeu proteſtetur ſe uelle tenere quod Eccleſia tenet, uel determinabit, & quod paratus eſt ſtare iuri, quia ſi facta contradicant, hoc eſt, æquitas ſimulata,quæ duplex eſt iniquitas,ſolent etiam quantumlibet hęretici taliter proteſtari ſe catholicos eſſe,quod eos ab hęreſi non excuſat,&c.

Septimo,alterum pertinaciç ſignum,dum quis negat ueritatem,quam prius docuit, uel confeſſus eſt,nec eſt probabile quod ſit etiam oblitus, quoniam ſecundum iura primo dicto credi debet.

Octauo,alterum pertinaciç ſignum, dum quis petit declarationem ueritatis à peritis doctoribus ſeu iudicibus, quę dũ facta eſt,nihilominus repudiat,nulla penitus aſſignata rõne.

Nono,alterum pertinaciç ſignum, dum quis potens commouet ſeditiones,ſuſcitat bella in populis & regnis,ideo quia facta eſt alicuius ueritatis catholicę declaratio, uel erroris reprobatio,&c.

Decimo,alterum pertinaciç ſignum,dum quis iurat ſe malle mori quam contra honorem ſuum quicquam permittere fieri,vel errorem aliquem reuocare: ponit enim obicem primæ atque ueritati.

Vndecimo,alterum pertinaciæ ſignum,dum quis fouet errantem & defendit iudicialiter uel extraiudicialiter,ſciens nihilominus

hilominus aut ſcire debeas hunc errare.

Duodecimo, alterum pertinaciæ ſignum, dum quis non reſiſtit erroribus dum poteſt & debet: debet inquam vel ex officio, ſicut iudex, uel ex fraternali charitate, ſicut vniuerſi: quoniam agentes & conſentientes, ſecundum Apoſtolum, pari pęna puniuntur. conſentiunt autem qui alios dum poſſunt, (ut dicit canon †) ab errore non reuocant. Denique iſta latius declarat Ockam 4. parte. 1. dialogorum, ſecundum quæ ſigna poterit applicatio particulariter fieri, &c. Expliciunt duodecim conſiderationes ſecundum totidem ſigna quibus ſolet aliquis de pertinacia notari uel conuinci circa materiam hæreticę prauitatis, pręmittendo qualis ſit pertinaciæ diffinitio uel ratio.

Ad Ro. 1.

† Ca 2. de hære. c. error. 83. diſtin.

REPER-

REPERTORIVM
HVIVS OPERIS.

ABIVRARE quis teneatur. in uerbo, abiuratio. §. 2. pag. 1
Et in uerbo, practica. circa prin. pag. 88. & in uerbo, redire. §. 1. 105
Ad abiurationem faciendam poteſt quis compelli. eod. uerbo, §. 3. 1
Abiuratio qualiter fieri debeat. eod. uerbo. §. 1. 1
Abiurationem hanc poteſt recipere Inquiſitor ſine diœceſano. ibidem. §. 4. 1
Abſens contumaciter habetur pro præſente, in præiudicium ſui. in uerbo, contumax. §. 3. 28
Contra abſentem quomodo poteſt procedi. in uerbo, procedere. §. 7. 97
Sententia lata contra abſentem quomodo teneat. ibidem, §. 8. 98
Abſentiæ legitima cauſa dicitur infirmitas. ibidem. §. 9. 98
Abſentem conuincendi datur ſingulariſſimus modus. ibidem, §. 10. 98
Abſente principali poteſt puniri fideiuſſor pœna pecuniaria. ibidem. §. 11. 98
Abſoluere poteſt Inquiſitor ſuos cruceſignatos a multis, in uerbo, abſoluere. §. 1. 2
Abſoluere quomodo poteſt per ſe Inquiſitor hæreticos redire uolentes, ibid. §. 2. 2
Excommunicati uel interdicti ab Inquiſitore, non poſſunt abſolui ab alio ſine mãdato ſummi Pontificis, prę̨ter quam in mortis articulo. in uerbo excommunicati. §. 1. 37
Abuti ſacramentis ſapit hæreſim, & Inquiſitor poteſt punire tales. in uerbo, ſacramentis abuti. §. 1. 112
Aduocare poſſunt Inquiſitores quoslibet peritos, & eis iniungere, ut eis aſſiſtant in ſententiis ferendis, in uerbo, aduocatis. §. 2. pag. 3. & in uerbo Inquiſitor. §. 21. 66

Et eſt in arbitrio Inquiſitorum aduocare quos uolunt.ibidem in verbo,aduocatis.§.2. 3
De quibus peritis intelligatur,habetur ibid.§.2. 3
Anima rationalis eſt immortalis.in verbo,hæreticus.§.14. 46
Quid debeat facere qui ſic aduocatus eſt ab Inquiſitore. ibidem.§.4. 3
An teneatur Inquiſitor ſequi conſilium eorum,qui ſunt uocati.ibidem.§.4.3
Aduocati non admittuntur in cauſis vbi proceditur ſimpliciter & de plano. in verbo,aduocati.§.1. 3
Aduocatis prohibetur ne præſtent fauorem hæreticis.ibid.§.1. 3
Alienatio bonorum facta per hęreticos non tenet,imo Inquiſitores vendicant ſibi bona ſic alienata.in uerbo,bona.§.4. 14
Appellationis beneficium eſt expreſſe interdictum hæreticis, & fautoribus, ac defenſoribus eorum.in uerbo,appellatio.§.1. 4
A qua ſententia non poſſunt appellare hęretici, & eorum fautores, habetur ibidem,§.2.pag.4. & in verbo,confeſſio.§.fi. 26
Appellationis remotio operatur hoc,quod iudex a quo non tenetur appellationi deferre.ibidem.§.3. 4
Operatur etiam alios effectus.ibidem.§.4. 4
Appellationis remotio non impedit appellationem quando quis manifeſte grauatur.ibidem.§.5. 5
Appellans a ſuſpecto iudice, niſi prius proponat recuſationem, non impedit quin iudex procedere poſſit.ibidem nota.1. 5
Appellans cogitur recedere ab appellatione,iudice reuocante grauamen.ibidem not.3. 5
Iudex qui vult reuocare grauamen ſine præiudicio ſuo quid facere debet. notabili 3. 5
Vt appellatio ſit ualida requiruntur decem.ibidem.not.4. 5
Iudex a quo appellatur,poteſt præfigere terminum appellanti ad proſequendam appellationem.ibidem.no.5. 6
Sed etiam ſi iudex non detulit appellationi,poteſt tamen præfigere terminũ appellanti,& ſub pœna excommunicationis.ibid.not.6. 6
Et præfigendo terminum ad proſequendam appellationem, non dicitur deferre appellationi.ibidem.not.7. 6
Et elapſo dicto termino,ſi appellans non fuerit proſequutus appellationem, iudex procedere poterit.ibidem.not.8. 6
Iudex a quo appellatum eſt,poteſt quidem præfigere terminum ad proſequendam appellationem, non tamen põt pręfigere terminum ad finiendum.ibidem not.9. 6
Poteſt præfigi terminus non ſolum ad ſe præſentandum iudici ad quem, ſed etiam ad faciendum fidem de ſua præſentatione.ibidem.not.19. 7
Appellationi non dicitur deferre, qui aſſignat terminum appellanti ad recipiendum

piendum reſponſionem uel Apoſtolos.ibidem notabili 11. 7
Contra appellantem notantur quattuor caſus,& tres contra iudicem. ibidem notabili 12. 7
Appellationi friuolę non debet iudex deferre.ibid.not.13. 7
Appellatio quot modis dicatur friuola.ibidem notabili 14. 8
Appellationi nõ deferat iudex niſi euidenter pateat ad ipſam teneri. ibidem notab.15. 8
Quid facere debeat iudex ſi dubitat an cauſa appellationis ſit probabilis,uel non.ibidem notab.16. 8
Quæ dicatur cauſa probabilis.ibid.not.17 8
Exponens cauſam probabilem debet ſe offerre eam probaturum. ibidem.notabili 18. 8
Nec ſufficit ſola oblatio ad iuſtificandum appellationem.ibid.not.19. 8
Appellatio interpoſita, expreſſa una cauſa cum proteſtatione de exprimẽdis aliis,non poteſt poſtea per alias iuſtificari. ibid. not.20. 9
Appellans non comparens in termino aſſignato a iudice, ad recipiendum reſponſionem ſuam,dicitur renunciaſſe appellationi.ibid. not.23. 9
Appellans non tenetur comparere coram iudice qui in termino aſſignato nõ dat apoſtolos,ſed dat alium terminum.ibid.in eodem notab. 9
Iudex requiſitus congruis loco & tempore tenetur dare apoſtolos,alioquin ſi procedat,proceſſus erit inualidus,ibid.notab.24. 10
Quando dicatur locus congruus,& tempus congruum. ibid.notab.25. 10
Quid facere debeat iudex quãdo quis cauilloſè appellat ut impediat proceſſum iudicis,habetur,ibid.not.27. 10
Si apoſtoli dantur refutatorii,& ab hac reiectione non appellatur,habebitur tanquam temere appellans.ibid.notab. 28.
Appellatio quando dicatur fruſtratoria.not.29. 11
Si non dantur apoſtoli eſt appellatio fruſtratoria ratione materię, & ſi iudex procedat in cauſa,proceſſus erit inualidus.in eod. not. 11
Appellatio debet fieri in ſcriptis,non tamen eſt opus quòd legatur coram iudice,ſed ſufficit eam præſentari.ibid.not. 30. 11
Apoſtaſia perfidiæ quid ſit,in verbo,apoſtata.§.2. 12
Apoſtata perfidiæ uere eſt hæreticus, & punitur ut hæreticus. eodem uerbo. §.1.& §.3. 12
Apoſtoli petendi ab appellante quid ſint, & quot ſint eorum ſpecies. in uerbo,appellatio.not.21. 9
Apoſtoli prędicti qualiter ſint petendi,& quando in eod.uerbo. not.22. 9
Apoſtoli debent dari aperti & expenſis appellantis. ibid.not.26. 10
Arbitros iuris in cauſa ſuſpicionis poteſt cogere iudex ad ſuſcipiendum arbitrium,in uerbo,arbiter.§.1. 12
Quibus iudex poteſt prefigere terminum competentem ad determinandam

a 2 cauſam

cauſam ſuſpitionis.ibidem.§.2. 12.13
Arreſtare quid ſit. verbo.inquiſitores.§.13. 94
Arreſtare poſſunt inquiſitores ſine Diœceſano. ibid.in eodem.§.& in verbo. capere. 16
Bona hæreticorum ipſo iure ſunt confiſcata.in verbo.bona.§.primo. 13
Et ſunt confiſcata a die commiſſi criminis. ibid. in eodem.§. 13
Et poſſunt declarari eſſe confiſcata etiam poſt mortē hæreticorum vſque ad quadraginta annos.in eodem §. 13
Bona clericorum hæreticorum quibus debeant er.ibid.§.2. 13
Poteſt quis declarari hæreticus etiam poſt mortem ad finem confiſcandi eius bona.ibid.§.3. 14
Bona hæreticorum vendita uel alienata,poſſunt uēdicari per inquiſitores nullo dato pretio.ibid.§.4. 14
De bonis hæreticorum nil debent habere Ordinarii,ſeu Diœceſani, & Inquiſitores non tenentur eis reddere rationem de eis.ibid.§.5. 14
Bona hæreticorum qualiter debeant diuidi.ibid.§.6.& 8. 14.& 14
Bona hæreticorum intelliguntur cōfiſcata non ſolum illa quæ ſunt in territorio ubi fit condemnatio, ſed ēt illa quæ ſunt in alio territorio. ibid.§.7.15
Cuius autem eſſe debeant bona ſita in alio territorio, habetur ibidem in eodem §. 15
Bona mobilia reperta in alio territorio,debentur fiſco loci ubi facta eſt condemnatio contra reum.in eod.§.in fi. 16
Capere & tutæ cuſtodiæ mancipare poſſunt Inquiſitores ſine Diœceſanis. in uerbo,capere.§.1. 16
Capi poteſt ille de cuius fuga timetur,abſque eo quòd citetur.ibid.§.3. 16
Carceres proprios poſſunt habere Inquiſitores.in uerbo,carceres, §. 1. 17
Qui ſint carceres qui debent eſſe communes diœceſanis & Inquiſitoribus.ibidem §.2. 17
Carcerandus eſt ille pro quo uenit pœna corporalis imponenda,in uerbo.capere.§.2.pag.17.& in uerbo.fideiuſſor.§.4. 43
Cautela prima quod tu iudex facias tibi dari licentiam a reo procedendi uſque ad ſententiam incluſiuè.in uerbo,cautus.§.1. 17
Cautela alia,quòd,dato termino defenſionis,ſi quis vult renūciare,facias ſcribi in actis quod renunciat termino,& non defenſioni.ibid.§.2. 18
Cautela alia qualiter iudex procedere poteſt ad condemnationem & executionem non obſtante ꝙ reus petat terminum ad defendendum. ibi.§.3.18
Alia,quod nunquam recipias reſponſionem illius qui dicit, nego me culpabilem & ſimilia.ibid.§.4. 18
Alia, quòd tu iudex nō recipias aliquam reſponſionem in maleficiis,ubi reus iuret de dicendo veritatem.ibid.§15. 18
Alia,ꝙ ad excludendas exceptiones dilatorias, ſi pars interrogata an uelit ibi
experii,

experiri,& rñdeat ꝙ ſic,nō poterit amplius recuſare iudicem.ibi.§.5. 19
Citatio eſt neceſſaria ad ſententiam audiendam.in verbo citatus. §.4. 20
Citatio facta ad domum tenet.ibid.§.5. 20
Citatio continens in ſe notoriam iniuſtitiam,non artat citatum.ibid.§.6. 20
Citatio facta per edictum,tenet.ibid.§.7. 20
Citatus vt compareat perſonaliter,tenetur comparere per ſe, & non per procuratorem.ibid.§.1. 19
Citatus pro crimine hæreſis ab Ordinario & Inquiſitore ſimul, debet primo obedire Inquiſitori.ibid.§.2. 19
Imo citatus primo ab Ordinario & poſtea ab Inquiſitore,debet deſerto iudicio Ordinarij venire ad Inquiſitorem.ibid.§. 3. 19
Citatus vt cōpareat certa die & non determinata hora,debet comparere tali hora qua iudex poſſit incipere & finire actu incumbentem.ibid.§.8. 20
Cōmittens crimen hæreſis in vna Diœceſi,& poſtea ſe transferens ad aliā,pōt citari per Inquiſitorem illius diœceſis in qua cōmiſit crimen. ibid.§.9. 20
Si quis citatur ad ſententiam,non valet,ſi dicatur,ad audiendam voluntatem iudicis.ibid.§.10. 16
Si in citatione ponantur iſta uerba,niſi ueneris procedetur ad ſententiam, habent ea verba vim peremptorij.ibid.§.eodem. 20
Requiſitio iudicis facta in præſentia partis ipſo iudice ſedente pro tribunali, habet vim peremptorij.in uerbo,monitio. 79
Ibidem ſi nuncius aliquem citat in præſentia iudicis.eodem uerbo. 79
Nuncio citanti an ſit credendum.in uerbo citatus.§.12. 21
Clerici quomodo priuantur beneficiis quæ ſunt adepti ad preces hæreticorum.in uerbo clerici.§.1. 21
Clerici non exhibeant hæreticis ſeu eorum fautoribus eccleſiaſtica ſacramenta.ibid.§.2. 21
Clerici ſcienter tradentes hæreticos eccleſiaſticæ ſepulturæ ſunt excommunicati, & tenentur eos propriis manibus extumulare, & locus ille perpetua careat ſepultura.§.eod. 21
Clerici inſtruentes hæreticos de dicenda falſitate,uel celanda veritate,poſsūt caſtigari.ibid.§. 3. 22
Clerici delinquentes in crimine hæreſis,grauius ſunt puniendi quàm ſæculares.ibid.§.4. 22
Clerici poſſunt torqueri pro crimine hæreſis. in eodem §. & in uerbo tortura,§.31. 130
Clericis habentibus officium tabellionatus præcipitur, quatenus teneantur ad conſcribendum ea quę pertinent ad officium Inquiſitionis cum fuerint requiſiti per inquiſitores.in verbo præcipitur.§.1. 90
Committere poſſunt Inquiſitores vices ſuas. in verbo Inquiſitor. §. 2. p.70. in uerbo committere.§.1. 23

Commit-

Committere non poteſt vices ſuas delegatus epiſcopi, uel capituli ſede uacante, alteri ab Inquiſitore, in verbo, Vicarius generalis. §. 3. 138
Committere poſſunt Inquiſitores Vicariis ſuis, quòd poſſint prędicare crucē, excommunicare, abſoluere, diſpenſare cum irregularibus, & pœnitentias iniungere, in verbo, committere. §. 2. 23
Committere ſibi inuicem poſſunt vices ſuas Ordinarius & Inquiſitor. in verbo, tortura. §. 9. 126
Comiſſarii Inquiſitorum ſunt Vicarii eorum, in verbo, committere. §. 1. 23
Non eſt neceſſe, quòd Vicarii Inquiſitorum annum quadrageſimum attigerint. ibidem in eodem §. 23
Communicare proceſſum, an teneatur Inquiſitor Ordinario, in verbo, tortura. §. 5. 126
Confeſſio non curat ineptitudinem iudicii, in uerbo, confeſſio. §. 1. pag. 24.
præcipue ſi poſt ſit factus proceſſus. ibid. §. 4. 25
Confeſſio talis non poteſt reuocari, prȩcipue ſi eſt facta deliberato animo. ibidem §. 3. 24
Confeſſio perſeuerata non poteſt reuocari in criminalibus. ibid. §. 5. 25
Quæ ſit confeſſio recipiens excuſationes ex poſtfacto & quæ non. ibid. §. 6. pag. 25
Confeſſio eſt tantæ potentiæ, quòd facta etiam coram iudice incompetenti tenetur confitens illam confirmare. ibidem. §. 7. 25
Confitenti de ſe creditur etiam contra ſocios in crimine hæreſis, ibidem. §. 8. in fine. 26
Confitenti de ſe creditur etiam ad cōuincendum, præcipue ſi adſint aliæ præſumptiones. In eodem §. in princ. 25
Confitenti crimen ſuum coram ſuo iudice, poteſt imponi quantumcumq; grauior pœna etiam ſi ſit confeſſus ſine directo proceſſu, ibidem. §. 9. 26
Confeſſio non læditur ex omiſſione ordinis iudiciarii. in eod. §. in fi. 26
Confeſſio facta in tormentis debet iterari ad banchum. ibid. §. 10. 26
Eſt in arbitrio iudicis ut faciat eum ratificare eo tempore, quo ueriſimiliter ceſſauerit metus tormentorum. in eodem §. 26
Confeſſus ſine tormentis & non præcedentibus indiciis, habetur pro confeſſo. ibidem. §. 11. 26
Et hoc præcipue ſi in ea perſeuerat. in eodem §. 26
Confeſſus ſi appellat non auditur. ibidem. §. 12. 26
Complices admittuntur ad teſtificandum in crimine hæreſis, in uerbo, teſtes. §. 17. 123
Conſentiens hæretico punitur vt hæreticus, in uerbo, conſentiens. Et ibi multiplex conſenſus declaratur. 27
Conſentirȩ poteſt Ordinarius, quòd Inquiſitor ſolus procedat. in verbo, tortura. §. 8. 126

Conſu-

Conſulibus & rectoribus ciuitatum & locorum præcipitur quatenus obediãt Inquiſitoribus circa captionem & cuſtodiam hæreticorum. in uerbo, præcipitur. §. 3. 91
Coniectura orta ex probabilibus facit indicium. in uerbo, indicium. §. 4. 53
Coniecturæ quando contingit frequenter adeſſe veritatẽ, tunc eſt graue indicium. ibidem. §. 5. & §. fi. 54
Ex coniecturis proceditur in his quæ in ſecreto fieri conſueuerunt. in uerbo, tortura. §. 14. pag. 127. & in uerbo, ſecta quędam, §. 14. in prin. 112
Contumax dicitur ille qui non paret mandato iudicis, uel ſe abſentat a iudicio. in uerbo, contumax. §. 1. 27
Contumax habetur pro confeſſo ſi perdurat in contumacia. in eod. §. 27
Contumax abſens habetur pro præſente in præiudicium ſui. ibidem. §. 3. 28
Contumax quomodo habetur pro conuicto, & poteſt ferri contra eum ſententia diffinitiua. ibidem. §. 4. 28
In contumacia quomodo præſumitur pertinacia contumacis. ibid. §. 5. 28
Conuincitur aliquis in crimine quattuor modis. in uerbo, conuincitur. §. 1. 28
Conuincitur etiam ſi pro contumacia in cauſa hæreſis incurrit excommunicationem, & eam ſuſtinuit per annum. ibidem. §. 2. & 3. 28. & 29
Copiam indiciorum quomodo non tenetur tradere Inquiſitor ei, contra quẽ procedit, in uerbo, tradere. 136
Cruceſignati in ſubſidium fidei tenentur deferre ſignum crucis patenter. in uerbo cruceſignati. §. 1. 29
Cruceſignati tempore generalis interdicti poſſunt de licẽtia Inquiſitoris intereſſe diuinis, & eccleſiaſtica recipere ſacramenta. ibidem. §. 2. 30
Cum cruceſignatis, ſi ſunt clerici, poteſt Inquiſitor diſpenſare ſuper irregularitate. in eodem §. 30
Cruceſignati recuſantes dare pecuniam Inquiſitori indigenti & petenti pro officio Inquiſitionis, ſunt excommunicati ipſo facto. ibidem §. 3. 30
Cuſtodes carcerum Inquiſitoris debẽt iurare coram Epiſcopo & Inquiſitore, quòd fideliter ſuum officium exercebunt & ſeruabunt ea quæ ponuntur in Clementina prima, de hæreticis. in uerbo cuſtos carcerum. pag. 30. & in verbo. officiales. 84
Defenſio iuſta & æqua reſeruatur cuilibet contra quem agitur in crimine hæreſis. in uerbo, defenſio. §. 1. 32
Defenſio legitima eſt de iure naturali, & ideo nulli eſt auferenda. ibidem, §. 2. pag. 32
Defenſio fruſtratoria magis impediens proceſſum quam reſpiciens ueritatẽ, non eſt de iure naturali, ideo eſt repellenda. in eod. §. 32
Defenſor hæreticorum quis dicatur. in uerbo defenſor. §. 1. 32
Defendens aliquem iuſte in iudicio, putans eum inculpabilem, non ligatur aliqua culpa. ibidem. §. 2. 33

Defen-

Defenſor dicitur etiam ille qui receptat & celat hæreticos,Ibidem.§.3. 33
Defenſores hereticorum ipſo facto ſunt excommunicati.ibidem.§.fi. 33
Dæmones inuocare quãdo ſit hæreticũ uel nõ.eodẽ uerbo.§.1.& 2.32.& 33.
Diuinatio quãdo ſapiat hæreſim manifeſte.eodẽ uerbo.§.1.& 2. 33.& 34
Domini temporales tenentur obedire Inquiſitoribus circa captionem & cuſtodiam hæreticorum.In uerbo,præcipitur.§.3. 91
Et etiam tenentur facere duci hæreticos in carcerem Inquiſitorum uel ad locum ubi uoluerint Inquiſitores.in eodem.§. 91
Et ſunt excommunicati ipſo facto ſi proceſſum ſeu ſententiam Inquiſitorum directe uel indirecte impediuerint.ibidem.§.5. 91
Dubius in fide quomodo eſt hæreticus.in uerbo.dubius. 34
Errans per ſimplicitatem in aliquo articulo fidei uel in aliquo ſacramento eccleſiæ non debetut hæreticus puniri.Eodem verbo. 34
Exceptio quãdo &quomodo ſit admittẽda.in uerbo,exceptio.§.1.in prin.36
Exceptio poteſt recuſari quãdo præſumitur quod malitioſe excipiatur.in eodem.§. 36
Contra malitioſe excipientem,& improbe dilationes petẽtem,datur optimũ remedium. ibidem.§.2. 35
Iudex non dicitur grauare partem ex hoc ſolo quod non admiſit exceptionẽ probabilem.ibidem.§.3. 37
Excommunicare,ſuſpendere,& interdicere poſſunt Inquiſitores.In uerbo inquiſitor.§.17. 65
Excõmunicati & interdicti ab Inquiſitore non poſſunt abſolui ab Ordinario neque ab alio ſine mandato ſummi pontificis præterquam in mortis articulo.in uerbo.Excomuunicati.§.1. 37
Excommunicatio ſi profertur propter contumaciam non eſt neceſſe illum citari ad audiendum ſententiam.in uerbo,Excommunicati.§.2. 37
Excõmunicatus iterum poteſt excommunicari.in uerbo,Excõicatio.§.3. 37
Excõioni teſtium in cauſa hæreſis debent præſentes eſſe duæ religioſæ & diſcretæ perſonæ.in uerbo, Teſtes.§.7. 121
In examinatione teſtium iudex debet eſſe ſolicitus ut interroget de cauſa ſciẽtiæ,& de inimicitia teſtium.ibidem.§.2. 129
Examinari debet teſtis an deponat de credulitate.ibidem.§.8. 121
Examinari debet teſtis an cognoſcat perſonam contra quam deponit,& etiã de alijs circunſtantiis.ibidem.§.9. 121
Debent etiam examinari de cauſis ſcientiæ.ibidem.§.10. 122
Quæ ſit autem ſufficiens cauſa ſcientiæ.ibidem.§.11. 122
Executio cõtra damnatos de hęreſi eſt facienda pro parte per officiales & rectores ſęculares,alioquin ſunt excommunicati.in uerbo,Executio.§.1. 38
Talis executio non eſt differenda etiam ſi appelletur.ibidem.§.2.& 3. 38
Ad talem executionem faciendam poteſt iudex ſęcularis compelli ab Inquiſitore,

tore,licet non exhibeatur ſibi proceſſus.ibidem.§.6.& 7. 39
Fama quid ſit quo ad iuris effectum,& quomodo differt a rumore. in uerbo fama.§.1. 40
Fama in criminalibus quid operatur.ibidem.§.2. 40
Fama criminalibus multum ponderatur.ibidem.§.4. 41
Ex fama quomodo poteſt quis condemnari uel poni ad torturam. ibid. §.3. 5.& 6. 41
Fautor eſt qui impedit ne ueritas inueniatur.In uerbo.fautor.§.4. 41
Fautor hęreticorum quis dicatur.In uerbo fautor.§.1.2.3.& 4. 41.& 42
Fautorum pœna quę ſit.in uerbo.defenſor hæreticorum. §.fi. 33
Fideiuſſor nō poteſt interuenire in cauſa criminali.in uerbo.fideiuſſor.§. primo.42.& in uerbo.capere.§.2. 16
Si fideiuſſor interueniat,non debet tamen decapitari, licet ille pro quo fideiuſſit fugam ceperit.in eodem uerbo,fideiuſſor.§.2. 42
Punietur tamen ille fideiuſſor pœna pecuniaria arbitrio iudicis. in eodem. §. 42
Qui fideiuſsit de pręſentando aliquem toties quoties placuerit curię, pręſentando eum bis eſt liberatus.ibidem.§.3. 43
Filii hęreticorum priuati ſunt hęreditate parentum, dato quod ipſi filii ſint catholici.in uerbo,filii. 43
Hoc uerum eſt rigore,ſed ex miſericordia non perdunt bona, ex quo ſunt catholici.ibid. 43
Fuga cum pub.uoce & fama facit ꝙ quis poſſit torqueri.in uerbo,fuga. 44
Fugitiuus remittendus eſt ad Inquiſitorē ſub quo deliquit.in uerbo.fuga.§.2.& 4. 44
Poſſet etiam Inquiſitor illius loci ubi reperitur eum punire.ibidem.§.3. 44
Fugiens de carcere ubi poſitus erat ad pœnitentiam poteſt ut hęreticus condemnari.ibidem.§.fi. 45
Hęreſis crimen grauius eſt quam crimen læſę maieſtatis. in uerbo.Hęreſis. §.1. 45
Hęreticus quis dicatur eodem uerbo per totum.
Ad hoc quod quis dicatur hęreticus proprie quatuor requiruntur. ibidem. §.21. 47
Ieiunia non poſſunt Inquiſitores indicere ad eruendam ueritatem ſine diœceſano.in uerbo,Ieiunia. 49
Inculpatio ſocii in quibus caſibus eſt ſufficiens indicium ad torturam.in uerbo,tortura.§.29. 130
Indicium vnde dicatur.in uerbo,Indicium.§.1.& 2. 53
Indicia poſſunt etiam capi pro præſumptionibus uiolentis.ibid.§.3. 53
Indicium eſt coniectura ex non neceſſariis orta,a quibus poteſt abeſſe ueritas.ibidem.§.4. 53

b Quando

Quando tali coniecturæ frequenter cōtingit adeſſe veritatem, tunc eſt graue iudicium.ibidem.§.5. 53
Quæ indicia ſufficiant ad torturam, & vtrum vnum vel plura requirantur, arbitrio boni iudicis.ibid.§.7. 54
Indicium ad torturam eſt fama cum fuga.ibidem.§.8. 54
Indicia duo leuia conſtituunt vnum ſufficiens ad torturam.ibidem.§.9. 54
Indicia minora quam ſemiplena probatio ſufficiunt ad torturam. ibidem.§. 10. 54
Indicium,ſumptum ex experientiis quæ communiter accidere ſolent, eſt ualidum.ibid.§.fi. 54
Indicium ualidum ad torturam eſt confeſſio facta extra iudicium. in uerbo. tortura.§.21. 129
Fama ſi eſt vehemens contra aliquem de aliquo crimine, eſt indicium ſufficiens ad torturam.in uerbo,tortura.§.9. 128
Indulgentia cruceſignatorum quanta ſit.in uerbo,indulgentia,per totum.56
Iudulgentia eorum qui fauent officio Inquiſitionis patet ibidem per diuerſos ſummos pontifices.
Indulgentia quam poſſunt dare Inquiſitores ibi declaratur per ſummos pontifices plures.
Infamia quomodo facit quod poſſit procedi contra aliquem. in uerbo. infamia.§.1. 57
Infamia facit quod poſſit indici purgatio.ibid.§.ſecundo. 57
An probandum infamiam ſufficiunt duo uel tres teſtes bonæ famæ. ibidem. §.3. 58
Et ſufficit quod dicant illum infamatum in tali contractu.ibi.§.4. 58
Et ſufficit ſi audierint ad diuerſis & non in eodem loco uel in eodem tempore.ibidem §.5. 58
Nec eſt neceſſe quod teſtes infamiæ cōcordent ſuper cauſis ſcientiæ,nec vnus teſtis habet concordare cum alio de loco uel tempore.ibid.§.6. 58
Niſi conſtet de infamia non debet inquiri contra aliquem de ueritate criminis.ibid.§.7. 58
Infamia probata per teſtes,an poſſit inquiſitus probare ſe eſſe bonę famę.ibidem.§.fi. 59
Iniurians Inquiſitorem poteſt puniri per eum.eodem uerbo. 59
Imagines facere ad prouocandum amorem mulierum non ſapit hæreſim manifeſtam.eodem uerbo. 49
Impœnitens quis dicatur.in uerbo impœnitens.§.1.2.& 3. 51
Quomodo appareat an aliquis ſit uere pœnitens.ibid.§.4. 52
Non implentes pœnitentiam iniunctam quomodo ſint impœnitentes. ibid. §.5. 52
Præſumitur impęnitens qui poſt conuerſionē incidit in manifeſtum peccatū. ibidem.

ibidem §.fi. 52
Impedientes officium Inquiſitionis contra hæreticos quomodo ſunt excommunicati.in uerbo,impedientes,§.1. 50
Cum ſolis minis & terroribus dicitur quis impedire officium.ibid.§. 2. 50
Impedientes quocunque modo poſſunt puniri per Inquiſitorem per eccleſiaſticam cenſuram.ibid.§.3.& 4. 50
Si impedimentum non eſt notorium; ſed ſunt aliquæ coniecturæ, poteſt Inquiſitor compellere illum ad prȩſtandum cautionem de non impediendo. ibid.§.fin. 50
Impediens cuiuſcunque conditionis & dignitatis ſit,poteſt puniri ab Inquiſitore.in eod.§.fi. 50
Implorare auxilium a dæmone quomodo eſt apoſtaſia a fide.in uerbo, implorare. 51
Inuocare dæmones an ſit hæreticum.in uerbo,dæmones inuocare. 31
Inquiſitio contra aliquem quãdo debeat formari. in uerbo,inquiſitio.§.1. 60
Inquiſitio niſi habeat debitam formam non tenet.ibid.§.2. 60
De ſubſtantia Inquiſitionis,& quòd procedat fama publica à fide dignis, fallit tamen in certis caſibus.ibid.§.3. 60
Fallit etiam in crimine hæreſis in eod.§.in fi. 61
Quomodo Inquiſitor non tenetur facere fidem reo de tali diffamatione procedente.ibid.§.4. 61
Ex probationibus receptis in generali Inquiſitione poteſt procedi contra aliquem,nec eſt neceſſe illas probationes de nouo recipi.ibidem. §. fi. 61
Inquiſitorum iuriſdictio dependet immediate a Papa, in uerbo, Inquiſitor. §.1. 62
Inquiſitor debet attigiſſe quadrageſimum annum.in eod.§. in fi. 62
Inquiſitor poteſt committere uices ſuas, & eas reuocare cum voluerit. ibid. §.2. 62
Inquiſitor non poteſt ſe intromittere de diuinationibus & ſortilegiis niſi ſapiant hæreſim manifeſte,neque de quæſtionibus uſurarum. ibid. §.3.pag. 62.niſi vt in §.fi.eod.uerbo. 69
Inquiſitores non poſſunt inquirere contra epiſcopos de crimine hæreſis, & quomodo. ibid.§.4. 62
Inquiſitores fratrum Præd.non poſſunt procedere contra fratres Minores,nec que econuerſo.ibid.§.5. 63
Inquiſitores non poſſunt procedere contra aliquem officialem uel nuncium Curiæ Romanæ.ibid.§.6. 63
Quomodo poſſunt Inquiſitores inquirere de ueritate criminum non receptis teſtibus ſuper infamia.ibid.§.7. 63
Inquiſitores & eorum ſubſtituti ſunt excommunicati ipſo facto, ſi pecunias modis illicitis prætextu officii Inquiſitionis extorquent.ibi.§.10. 63

Inquiſitores fratrum Præd. in prouincijs ſuis poſſunt fratres Minores & alios mendicantes compeſcere ne prædicent. ibid. §. 11. 64
Inquiſitores poſſunt conuocare clerum & populum ciuitatum & locorum prout viderint expedire. ibid. §. 12. 64
Item poſſunt ſine Diœceſano capere, arreſtare, & tutæ cuſtodiæ mancipare, tradendo etiam duro carceri ad cuſtodiam tantum. ibid. §. 13. 64
Item poſſunt habere officiales armatos, & cõcedere licentiã deferendi arma, & ſi dñs temporalis in hoc impedierit, poteſt puniri per eos. ibid. §. 14. 64
Inquiſitorum iuriſdictio eſt delegata à Papa, ideo eſt maior, nobilior, & fortior iuriſdictione ordinarij in negotio hæreſis. ibid. §. 15. 65
Inquiſitores non poſſunt dici ordinarij. ibid. §. 16. 65
Inquiſitores poſſunt excommunicare, ſuſpendere, & interdicere. ibi. §. 17. 65
Item poſſunt exercere ſuam iuriſdictionem contra fautores hæreticorum licet non ſint hæretici. ibid. §. 18. 66
Item poſſunt compellere hæredes hæreticorum & fautorum ad implendam pœnitentiam iniunctam defunctis in bonis temporalibus. in eod. §. 66
Item poſſunt priuare hæreticos & defenſores eorũ quibuſcunq; officii publicis, honoribus, dignitatibus, ſine conſilio Diœceſanorum. ibid. §. 19. 66
Non tamen poſſunt priuare dignitatibus ſeu beneficiis eccleſiaſticis ſine conſilio Diœceſanorum. in eod. §. 66
Item poſſunt per ſe, & ſeparatim vbique in prouincia ſibi commiſſa officium ſuum exercere. ibid. §. 20. 66
In tribus tñ prohibitis per Cle. 1. de hæreticis, non pñt ſine Diœceſano, ſi copiã eius infra octo dies poterũt habere poſtquam fuerit requiſitus. in eo. §. 66
Item pñt aduocare quoslibet peritos, videlicet, Doctos & Literatos, Theologos, Canoniſtas, & Legiſtas, & eis vt humiliter pareãt iniungere in virtute obedientiæ, & ſi ſecretũ reuelauerint poſſunt eos excõicare. ibid. §. 21. 66
Item poſſunt Inquiſitores facere ſibi aſſignari a quibuſcunque ſcripta & proceſſus factos contra hæreticos. ibid. §. 22. 67
Item poſſunt procedere contra eos qui ſe abſentauerunt a prouincia in qua commiſerunt crimen hæreſis. ibid. §. 23. 67
Sed an Inquiſitor teneatur eum remittere ad eum Inquiſitorem in cuius prouincia deliquit. ibid. in §. 24. 68
Quam iuriſdictionem habet Inquiſitor loci in quo eſt commiſſum delictũ ſupra delinquentem qui ſe abſentauit. ibid. §. 25. 68
Vnus Inquiſitor poteſt citare aliquem exiſtentem in territorio alterius inquitoris. in eod. §. in fi. 68
Iniungitur Inquiſitoribus quòd procedant contra pertinaciter affirmantes quod exercere vſuram non ſit peccatum. ibid. §. 27. 69
Inquiſitores poſſunt per alios facere recitari ſuas ſententias ſicut epiſcopus. ibid. §. 28. 69

Inqui-

Inquiſitor pôt procedere ſine Diœceſano qñ non poteſt habere copiam ipſius, vt quia eſt in remotis, uel qñ Diœceſanus requiſitus, infra octo dies noluerit aut neglexerit uenire. in verbo, tortura. §. 2. & 3. 124. & 125.
Inquiſitor non tenetur requirere Diœceſanum niſi ſemel, & ſufficit quòd requiratur per nuncium vel per epiſtolam, neque eſt neceſſe quòd exprimatur terminus. in eod. verbo, tortura. §. 6. & 7. 126
Inquiſitor an debeat communicare proceſſum Diœceſano, & quando. in eodem verbo, tortura. §. 5. 125
Inquiſitor an teneantur tradare reo copiam indiciorũ & proceſſus, in verbo, tradere copiam. 136
Inquiſitor poteſt punire proferentem verba hæreticalia licet iocosè & per lubricum linguæ proferat. in uerbo, verba hæreticalia. §. 1. 137
Iudæi inducentes Chriſtianos ad ritus eorum, poſſunt puniri ab Inquiſitore. in verbo, Iudæi. §. 1. 70
Iudæi baptizati etiam metu mortis, ſi poſtea redeunt ad Iudaiſmũ, pñt puniri per Inquiſitores, dummodo non fuerint coactè baptizati. §. 2. 71
Iudæi dogmatizantes inter Chriſtianos quòd exercere vſuram non ſit peccatum, uel contra humanitatem Chriſti, poſſunt puniri. ibid. §. 3. 71
Iudæus impediens alium Iudæum volentem baptizari ne baptizetur, poteſt puniri per inquiſitores. ibid. §. 4. 71
Iudex extra prouinciam ſuam non poteſt excommunicare nec abſoluere, in uerbo, iudex. §. 1. 72
Iudex dicitur illud poſſe quod honeſte poteſt. ibid. §. 3. 72
Iudex ſi in aliquo errauit non ſeruando ordinem inquiſitionis, debet prudenter & cautè ſe corrigere. ibid. §. 4. 73
Iudicare debet iudex ſecundum allegata & probata. ibid. §. 2. 72
Iudex debet laborare ne vileſcat eius auctoritas. ibid. §. 5. 73
Iudex ſeu Inquiſitor generalis an poſſit corrigere ſententiam ſuam diffinitiuam. ibid. §. 6. 73
Iudex eccleſiaſticus poſſit inhibere iudici ſæculari ne procedat in cauſa dependente ex cauſa quæ oritur coram ipſo iudice eccleſiaſtico. ibid. §. fi. 73
Iuriſdictio delegata dignior eſt ordinaria, & ideo ſi appellatur ab epiſcopo & Inquiſitore ſimul procedentibus, non eſt appellandum ad Metropolitanum epiſcopi, ſed ad Papam. in uerbo, iuriſdictio. 74
Litis conteſtatio & libelli oblatio non exiguntur in cauſa hæreſis. in uerbo, litis conteſtatio. 74
Litis conteſtatio eſt negotii principalis hincinde apud iudicem facta narratio & ſubſecuta reſponſio. ibid. 74
Locus iudicii debet eſſe ſecurus omnibus venturis ad iudicium, aliter poteſt appellari. in uerbo, locus iudicii. §. 1. 75
Vbicumq; notorium eſt locum nõ eſſe tutum, pôt pars citata de citatione

nihil

nihil curare.ibid.§.2. 75
Locus debet eſſe ſecurus non ſolum partibus, ſed etiam Inquiſitori ſeu iudici.ibid.§.3. 75
Locus congruus ad petendum apoſtolos quis dicatur, & quis dicatur incõgruus.in verbo, appellatio, notab.25. 10
Mala fides alicuius deprehenditur per uerba, in uerbo, mala fides. 75
Male ſentire de ſacramentis & articulis fidei dicitur ille qui aliter ſentit de eis quàm prædicat Romana eccleſia.in uerbo, male ſentire.§.1. 76
In ſpectantibus ad fidem debemus id ſequi quod ſeruat eccleſia Romana, in alijs autem non, in verbo, matrimonium.§.fi. 77
Contrahens matrimonium cum duabus ſimul viuentibus per verba de præſenti, male ſentit de ſacramento matrimonij, & ideo Inquiſitor poteſt procedere contra eum.ibid.§.1. 76
Quomodo poteſt procedere contra religioſum profeſſum qui exiuit de ordine & duxit uxorem.ibid.§.2. 77
Monitio iudicis facta in præſentia partis ipſo iudice ſedente pro tribunali, habet uim peremptorij.in uerbo, monitio. 79
Idem ſi nuncius citat in præſentia iudicis.ibid. 79
Talis ſic monitus non comparens eſt verus contumax, & ideo non poteſt appellare, ibid.in fi. 79
Modus formandi Inquiſitionem contra defunctos.in uerbo, modum. 78
Mortui hæretici poſſunt excommunicari.in verbo, mortui §.1.in prin. 79
Et poſſunt hæretici accuſari poſt mortem, & hoc uſq; ad quadraginta annos, propter bona tantum.ibid.in eod.§. 79
Mortui excommunicati poſſunt abſolui poſt mortem.ibid.§.2. 80
Minor xxv. annis non habet perſonam ſtandi in iudicio, in uerbo, minor. in princ.§.1. 77
Et ſi etiam ſponte confitetur, talis confeſſio non obeſt ei.ibid.in eod.§. 77
Et ideo ſi habes talem minorem in fortia tua pro crimine hæreſis, des ei curatorem antequam recipias eius reſponſionem.ibid.in eod.§. 77
Minor debet habere curatorem ante torturam, non tamen debet curator interuenire in actu torturæ & confeſſionis.ibid.§.2. 78
Si minor habens curatorem confitetur in tormentis, talis confeſſio ualet.in eod.§. 78
Nobilis magis punitur pœna ſpirituali & pecuniaria quàm ignobilis.in verbo, nobilis.§.1.in prin. 80
Sed pœna corporali magis punitur ignobilis quàm nobilis. in eod.§. 80
Licet cum proceditur ad correctionem peccati non ſit facienda diſtinctio inter magnum & paruum, tamen in modo puniendi & in generibus pœnarum bene fit diſtinctio.ibid.§.2. 80
Nomina accuſantium prauitatem hæreticam ſeu deponentium ſuper ea nõ

ſunt publicanda, nihilominus eorum dictis plena fides adhibeatur ſeu præ beatur. in uerbo, nomina. §. 1. 81
Quod autem immineat periculum ſi publicentur talium nomina, relinquitur conſcientiæ Inquiſitorum. ibid. §. 2. 81
De quo periculo intelligatur. ibid. §. 3. 81
Quare ſpeciale eſt in crimine hæreſis quod deponentium nomina non publicentur. ibidem. §. 4. 82
Notarii Inquiſitorum debent iurare coram epiſcopo & inquiſitore quod fideliter ſuum officium exercebunt. in uerbo, notarii, §. 1. 82
Notarii prædicti poſſunt recipere ſalarium ab Inquiſitis. ibid. §. 2. 82
Notarii poſſunt compelli ab Inquiſitore ad aſſignādum ſibi proceſſus quoſcū que contra hæreticos, ſi quos habent. in uerbo, Inquiſitor, §. 22. 67
Notorium quid ſit & quotuplex ſit. in uerbo. notorium. §. 1. 83
In notoriis non ſeruatur ordo iudiciorum. ibid. §. 2. 83
In nocte non debet ferri ſententia neque expediri aliquis actus iudicialis. in verbo, nox. 84
Offendens fidem poteſt puniri. in uerbo, offendes. §. 1. 84
Si aliquis offendat aliquem de familia Inquiſitoris, poteſt procedi contra eū tanquam contra turbatorem. officii. ibid. §. 2. 84
Officiales officii Inquiſitionis debent iurare coram Epiſcopo & inquiſitore q̄ ſuum officium fideliter exercebunt in uerbo officiales. 84
Opponentes ſe officio Inquiſitionis domini temporales, poteſtates, ſeu rectores locorum, ipſo facto ſunt excommunicati. in uerbo, præcipitur. §. fi. 91
Ordo iuris qui eſt ſubſtantia iudiciorum, ſi non ſeruatur, nihil agitur. in uerbo, ordo iuris. §. 1. 85
Quæ ſint de ſubſtantia iudiciorum. ibid. §. 2. 85
Si conſtat de crimine alicuius, & petit reſtitutionem propter ordinem iudiciorum non ſeruatum, non eſt audiendus. ibid. §. 3. 85
Pœnam pecuniariam non poſſunt imponere Inquiſitores pro crimine hæreſis. in uerbo, pœna pecuniaria. §. 1. 86
Poſſunt tamen imponere talem pęnam defenſoribus & fautoribus hæreticorum, & talis pecunia debet conuerti in aliquod opus pietatis. in eo. §. 86
Poteſt etiam imponi talis pœna pro ferentibus uerba hæreticalia iocoſe uel ex fatua ſimplicitate. ibid. §. 2. 87
Poteſt etiam imponi hæreticis non implentibus pęnitentiam eis iniunctam, ſi bona ſeruata ſunt. ibid. §. 3. 87
Aliam pęnam poſſunt imponere Inquiſitores. ibid. §. 4. 87
Si diuerſæ pœnæ ſint ſtatutæ, minor debet imponi, & ſi ſingulæ non ſufficiūt, tunc omnes ſunt imponendę. ibid. §. fi. 87
Pertinax quis dicatur. in uerbo pertinax. 86
Poteſtatibus præcipitur quatenus obediant Inquiſitoribus circa captionē & cuſtodiam

cuſtodiam hæreticorum.in uerbo.præcipitur.§.3. 91
Poteſtates debent iurare quod inuiolabiter obſeruabunt & obſeruari facient a ſubditis conſtitutiones cõtra hereticos editas,& qui iurare noluerint ſint priuati officijs ſuis.in eodem uerbo.præcipitur.in eod.§. 91
Poteſtates tenentur ſibi relictos,& condemnatos de hæreſi ſtatim recipere & indilate debita animaduerſione punire.in eodem uerbo.§.4. 91
Poteſtates ſi ſe opponunt officio Inquiſitionis,aut ipſum directe uel indirecte impediunt,aut de ipſo ſe intromittunt,ipſo facto ſunt excommunicati.ibidem.§.5. 91
Practica optima procedendi in negotio inquiſitionis ſummarie poſita in uerbo,practica. 88
Predicatores fratrum Minorum & aliorum ordinum poſſunt compeſci ab Inquiſitoribus ne prædicent.in uerbo,prædicatores. 92
Præcipitur fratribus ordinis predicatorum & omnibus alijs religioſis quibuſcumque,ac omnibus clericis ſecularibus,qui in ſeculo fuerunt notarij,quatenus teneantur ad ſcribendum ea quæ pertinẽt ad officium Inquiſitionis,cum fuerint requiſiti ab Inquiſitoribus.in uerbo,præcipitur.§.1. 90
Si autem prædicti non exercuerunt ipſum officium in ſeculo,non tenentur prædicta ſcribere.in eod.§. 90
Præcipitur Inquiſitoribus ſub pena excõmunicationis latæ ſentẽtię,ne omittant procedere aliquo reſpectu contra iuſtitiam & contra conſcientiam ubi fuerit procedendum.ibidem.§.2. 90
Pręcipitur dominis temporalibus,poteſtatibus & rectoribus ciuitatum,& locorum,quod obediant Inquiſitoribus circa captionem & cuſtodiam hæreticorum.ibid.§.3. 90
Præcipitur prædictis poteſtatibus & rectoribus,quod ſibi relictos condemnatos de hæreſi recipiant ſtatim & indilate puniant.ibidem.§.4. 91
Præcipitur etiam predictis dominis temporalibus,poteſtatibus & rectoribus ne ſe intromittant de officio Inquiſitionis,neque ei ſe opponãt aut impediant aliter ipſo facto ſunt excommunicati.ibid.§.fi. 91
Præſidentes regimini alicuius regni uel loci,licet ſint excõmunicati, poſſunt iuſtitiam exequi ſi requiſiti fuerint per Inquiſitores.in uerbo,præſidentes pag. 92
Pręſumptio ſeu indicium diuerſimode ſumitur.in uerbo,pręſumptio.§.1. 93
Præſumptionum differentia.ibid.§.2. 93
Vna præſumptio preponderat alteri.ibid.§.3. 93
Præſumptio quando ſufficiat ad ſententiam uel ad torturam.ibid.§.4. 93
Præſumptio eſt ſuſpicio cauſata in animo iudicis ex uariis coniecturis ſeu indiciis.ibid.§.5. 93
Vltra prætactas præſumptiones reperitur etiam alia differentia præſumptionum.ibid.§.6. 94
Præſu-

Præſumitur in dubio pro hæreſi.ibid.§.7. 94
Leuia ſigna ſufficiunt ad præſumendum aliquem hære ticum.ibidem.§.8.94
Probatio habet ſuos gradus.in uerbo,probatio.§.1. 95
Probatio pluſquam ſemiplena quid ſit.ibid.§.2. 95
Probatur quis hæreticus ex leui cauſa.ibid.§.3. 95
Probatur quis hæreticus,qui ex leui argumento detegitur deuiare a catholica fide.ibidem.§.4. 95
Procedere ſimpliciter & de plano & abſque aduocatorum & iudiciorum ſtrepitu,quomodo intelligatur.in uerbo procedere.§.1. 97
Procedere ſummarie quid ſit.ibid.§.2. 97
Procedi poteſt contra aliquem in crimine hæreſis,quando ſubeſt infamia.ibidem.§.3. 97
Proceſſus Inquiſitoris non poteſt impediri per proceſſum ordinarii. ibid. §. 4.pag. 97
Proceſſus non uiciatur ſi nomina teſtium non publicentur,& eorũ copia non tradatur.ibidem.§.5. 97
Proceſſus ualet licet non ſit ſeruata forma quæ debebat ſeruari in procedendo.ibid.§.6. 97
Procedi quomodo poteſt contra abſentes.ibidem.§.7. 97
Procedendi contra abſentem, & eum conuincendi,datur ſingulariſſimus modus.ibid.§.10. 98
Procurator in cauſa criminali non debet admitti, & multo minus in cauſa hęreſis.in uerbo,procurator. 99
Purgatio canonica cui, & quando ſit indicenda.in uerbo purgatio.§.1. 100
Suſpicio ſola apud iudicem ſufficit ad indicendum purgationem in eodem §. in fine. 100
Numerus compurgatorum adhibendus eſt maior in maiori,& minor in minori purgando.ibidem.§.2. 100
Si in numero compurgatorum dando nimis excederetur,poſſet appellari. in eodem §.in fi. 101
Numerus compurgatorum eſt arbitrarius arbitrio iudicis.ibid.§.3. 101
In compurgatoribus plura requiruntur,& quę ſint illa.ibidem.§.4. 101
Qualis ſit ſententia per quam indicitur purgatio canonica.ibid.§.5. 101
Qui negligit ſe purgare,poteſt excommunicari donec ſe purgauerit. ibid. §. 6.pag. 101
Deficiens in purgatione canonica, debet puniri perinde ac ſi fuiſſet vere conuictus.ibidem.§.7. 102
Si non reperiantur tot compurgatores quot determinauit Inquiſitor.an ille habeatur pro conuicto.ibid.§.8. 102
Si pauper eſt aut extraneus,ſi non poſſunt haberi uiri,tunc poſſunt adhiberi fęminę.ibid.eod.§. 102

An deficiens in purgatione debeat tradi curiæ ſæculari.ibid.§.9 108
Si quis aliàs incidiſſet in hæreſim,& poſtea alia uice defeciſſet in purgatione canonica,debet haberi pro relapſo.in eod.§.in fine. 103
Purgatio recepta ab eo ordinario pendente cauſa coram delegato Papæ non tenet.ibid.§.10. 103
Purgatio poteſt indici abſque eo,quod ſtatuatur terminus accuſare uolentibus,vel quòd præmittatur Inquiſitio ſuper ueritate criminis.ibidem.§.11 pag. 103
Legitime purgatus debet abſolui & denuntiari vir boni teſtimonij,nec poteſt amplius procedi contra eum uigore indiciorum præcedentium. ibidem.§. 12. 103
Si autem infamia oriatur de nouo per alia indicia ſuperuenientia, tunc oportebit iterum purgari.in eodem §. 103
Priuare beneficiis & officiis publicis poſſunt Inquiſitores omnes hæreticos & eorum defenſores.in uerbo,Inquiſitor.§.19. 66
Rectores ciuitatis & locorũ teneantur obedire Inquiſitoribus, & ſibi relictos condemnatos de hæreſi indilate punire, nec tamen poſſunt ſe intromittere de crimine hæreſis.in uerbo,præcipitur.§.3.4.& 5. 91
Recuſatio Inquiſitoris fere numquam contingit,in uerbo recuſatio. §. 1. in principio. 104
Inquiſitor non tenetur eam admittere,ſi cauſa recuſationis eſt fruſtatoria euidenter.in eodem §. 104
Quæ autem ſit cauſa legitima.ibidem.§.2. 104
Recuſationis exceptio eſt proponenda in principio & ante litem conteſtatã. ibidem.§.3. 104
An proceſſus initus per iudicem recuſatum circa appellationem teneat. ibidem.§.4. 104
Recuſatio iudicis & appellatio æquiparantur.ibidem.§.fi. 105
Redire volens ad gratiam & ad fidem quid debeat facere.in uerbo, redire §.1. 105
Quis dicatur ſponte redire.ibid.§.2. 105
Redeunti hæretico ad fidem,quæ requirantur ad hoc, ut ei dimittatur pœna mortis.ibid.§.3. 107
Redire incontinenti qualiter intelligatur.ibidem.§.4. 107
Quomodo reſpondeatur ad dictũ Panormitani,quòd hæretici poſſunt redire ad fidem, & euadere pœnam mortis,etiam poſt ſententiam.ibidem. §. 5. pag. 107
Relinquitur arbitrio Inquiſitorum recipere redire volentes ante ſententiam. ibidem §.fi. 107
Relapſus quis dicatur, in uerbo,relapſus.§.1. 108
Relapſus etiam dicitur q poſt abiurationẽ hęreſis fauorem impẽdit hęreticis, vel

vel eos receptat.ibid.§.2. 109
Relapſus præſumitur ille,qui reuerſus ad fidem incidit in manifeſtum peccatum.ibid.§.3. 109
Relapſus non proprie ſed quadam iuris fictione quis dicatur.ibid.§.4. 109
Si ſuſpicio ante abiurationem fuit leuis,non debet puniri vt relapſus,ibidem. §.5. 109
Eſt tamen grauius puniendus.in eod.§.. 109
Relapſus quadam iuris fictione qua pœna ſit puniendus.ibid.§.6. 109
Pro relapſo ille debet tradi curiæ ſeculari, qui prius incidit in aliquam hæreſim, & poſtea ex defectu purgationis canonicæ habetur pro conuicto.ibidem.§.fi. 110
Religioſi qui fuerunt in ſæculo notarii, tenentur obedire Inquiſitoribus ad ſcribendum ea quæ pertinent ad officium Inquiſitionis. in uerbo,præcipitur.§.1. 90
Remotio appellationis quid operetur,in uerbo,appellatio.§.3. & 4. 4
Sacerdos celebrans & non conſecrans corpus & ſanguinem Chriſti non propter hoc ſapit hæreſim.in uerbo,ſacerdos,in prin. 111
Poteſt tamen examinari quomodo ſentit de ſacramento altaris. in eodem §. in fine. 111
Sacramentis abuti quando ſapit hæreſim.in uerbo,ſacramentis. 112
Secta ſtrigiarum inſurrexit, & quid ſit, & quid faciant illi qui ſunt de illa ſecta.in uerbo,ſecta.§.1. 112.& 141
Illi qui ſunt de illa ſecta,uadunt corporaliter & in propriis ſenſibus vigilantes ad congregationem ſeu ludum quem faciunt,§.2. 142
Et ueraciter & non phantaſtice,neque illuſorie abnegant fidem,ſuppeditant crucem & ſacratiſſimum corpus Chriſti,& adorant diabolum.in eodem §. pag. 142
Diabolus ſe coaptat ad omnimodam ſtrigiarum ſeu ſtrigiorum delectationē. in eodem §. 142
Probatur per plura argumenta, quòd tales perſonæ corporaliter & realiter & non phantaſtice neque in ſomnis uadunt ad ipſum ludum.ibid.§.3. 142
Vnum mirabile argumentum inter alia contigit in Mendriſio oppido Comēſi.in eodem §. 142
Quidam affirmare ſatagunt quòd talia phantaſtice & in ſomniis ac illuſorie fiant propter textum,c.Epiſcopi.26.q.5.ibid. § 4. 145
Verba illius canonis non militāt neque obſtant,quin Inquiſitores poſſint procedere contra prædictam ſectam.in eod. §. 145
Prædicta ſecta pullulare cœpit a centum quinquaginta annis citra. in eod. §. circa finem. 145
Senſus illius c.Epiſcopi,non negat quin tales perſonæ poſſint uere & realiter pedeſtres,& corporaliter ire ad prædictum ludum,aut quin poſſint deferri

c 2 corpo-

corporaliter à diabolo.ibid.§.5. 145
Poſſibile eſt quòd interdum prędicta ſomniando & phantaſiando contingāt. ibid.§.6. 146
Poſſibile eſt etiam,diabolo procurante, & phantaſiam immutante,ut uideatur ipſis ſtrigiis, quòd ea faciant quæ aliàs realiter & uigilando fecerunt. in eodem §.
Dęmones interdum aſſumunt perſonas aliquarum perſonarum,ut uideantur ab aliis in ipſo ludo corporaliter adeſſe.in eod.§.in fi.
De hoc datur exemplum in legenda beati Germani.ibid.
Nullam creaturam dicimus poſſe in aliam ſpeciem transformari niſi a ſolo creatore. ibid.§.7. 146
Neque dicimus aliquid diuinitatis extra unum Deum eſſe,neq; quòd ea quę fiunt in ſolo ſpiritu fiant in corpore.in eod.§.
Sicut ſocij Vlyſſis uidebantur uerſi in beſtias, & quidam alii uidebantur uerſi in iumenta onera portare,quæ fiebant arte dæmonum,ita interdum arte dæmonis aliqua ſtrigia uidetur tranſmutata in gattam,uel in aliam ſpeciē. in eod.§. in fine.
Plura poſſunt contingere ſtrigiis illuſoriè arte dæmonum,quę non ſunt uera. ibid.§.8. 147
Dato ſed non conceſſo,quòd tales perſonæ abnegauerint fidem in ſomniis & non realiter,tamen ex quo poſtea quando fiunt vigilātes ſe credunt id fecíſſe,& habent id ratum & firmum , ſunt ueræ hæreticæ, & Inquiſitor poteſt eas punire.ibid.§.9. 147
Vnde tales perſonæ dicuntur uere hæreticæ & apoſtatæ, non quia prædicta contingant eis in ſomniis , ſed quia vigilantes poſtea credunt ea eſſe uera. in eodem §. 147
Verba illius c.epiſcopi,iſto modo intelliguntur, & ad hunc ſenſum optime applicantur.in eod.§. 148
Optime concluditur ex uerbis illius c. epiſcopi , quòd huiuſmodi ſtrigiæ ſint ueræ apoſtatæ,idololatræ,& hæreticę.ibid.§.10. 148
Illud c.epiſcopi , nullo modo militat contra Inquiſitores,neque obſtat, quin ſtrigę veraciter dicantur apoſtatę,hęreticę,& idololatrę , & quin ueraciter abnegent ſanctam fidem.ibid.§.11. 149
Concluditur quod ad Inquiſitores pertinet procedere cōtra has ſtrigas ſicut contra alios hereticos.ibid.§.12. 150
Deteguntur hę ſtrigię per confeſſiones & inculpationes aliarum ſtrigiarum. ibid.§.13. 150
Aduertat tamen Inquiſitor ne de facili faciat detineri aliquam perſonam propter tales inculpationes tantum,ſed habeat alia indicia.in eodem §. 151
Deteguntur etiam hę ſtrigię per coniecturas & per pręſumptiones.ibidem §.14. 152
Tales.

Tales præſumptiones & tales coniecturæ ſunt aut faſcinationes puerorũ, uel maleficia cauſantia infirmitates & alia nocumenta, aut medicationes talium infirmitatum uel nocumentorum.in eod. §.
Quomodo per tales ſtrigias fiant faſcinationes puerorum, in eod. §.
Quod uere fiant maleficia per has ſtrigias circa actus matrimoniales, & qualiter fiant, & qualiter ipſos actus impediant iſtę ſtrigię, in eod. §.
Quomodo iſtę ſtrigię inferant perſonis vtriuſque ſexus diuerſas infirmitates maleficiis ſuis. in eod. §.
Sic & iumenta per talia maleficia infirmantur, moriuntur, aut lacte priuantur. in eodem §.
Qualiter poſſit cognoſci aliquam infirmitatem eſſe cauſatam per maleficia, ſeu aliquam perſonam eſſe maleficiatam. in cod. §.
Qualiter etiam poſſunt ſtrigię procurare grandines, vel alias aeris intemperies ad deſtruendum terræ & arborum fructus. in eod. §.
Quando poſt minas talium perſonarum ſequitur effectus, præſumptio eſt magna quòd talis perſona minans ſit ſtrigia. in eod. §. circa finem.
Sententia in crimine hæreſis an ſit ferenda. in verbo, ſententia. §. 1. 113
Sententia debet ferri in die & non in nocte, ſi tamen pars præſens eſt & non excipit, tenet ſententia lata in nocte. ibid. §. 2. 113
Idem dicendum eſt de interlocutoria & de omnibus actibus expediendis iudice ſedente pro tribunali. ibid. §. 3. 113
Quando dicatur aliquid fieri de die. ibid. §. 4. 113
Sententia lata per Inquiſitorem debet ſtatim per iudicem ſæcularem executioni mandari. ibid. §. 5. 114
Sententia corporis afflictiua non poteſt iure communi retractari poſt lapſum decem dierum. ibid. §. 6. 114
Sententia pœnitentiæ impoſitiua quomodo debet formari. ibid. §. 7. 114
Forma ſententiæ priuatoriæ. ibid. §. 8. 114
Sententia debet proferri iudice ſedente, & poteſt Inquiſitor eam facere legi. ibid. §. 9. 114
Neceſſe eſt citari eum contra quem eſt ferenda ſententia. ibid. §. 10. 115
Nec valet ſi citetur ad audiendam voluntatem, ſeu intentionem iudicis, ſed ſpecificetur ad audiendum ſententiam. in eod. §.
Sententia non eſt ferenda contra exiſtentem in carceribus, ſed debet citari & duci ante tribunal. ibid. §. 11. 115
Socius criminis admittitur in teſtem in crimine hæreſis, in uerbo, teſtes. §. 17. pag. 123. & in uerbo, tortura. §. 29. 130
Sortilegia quando ſapiant hæreſim manifeſte, & quando poteſt Inquiſitor ea punire. in uerbo, ſortilegia. §. 1. 116
Sortilegorum pœna quæ ſit. ibid. §. 2. 116
Statutum ciuitatis, vel loci impediens officium inquiſitionis, ne in eo libere

valeat procedi, ipſo facto eſt nullum, & poſſunt cogi rectores ad ipſum reuocandum.in verbo.ſtatutum. 117
Suſpicio de hæreſi per quæ indicatur.in verbo,ſuſpicio.§.1. 118
Suſpicio ſola facit,quòd procedatur ad inquirendum contra aliquem.ibidem §.2. 118
Ad ſuſpicionem contra aliquem inducimur ex leui argumento .in eodem §.
Suſpicionum differentia.ibid.§.3. 118
Suſpicio probabilis inducit præſumptionem.ibid.§.4. 118
Suſpectus eſt de hæreſi, & poteſt procedi contra eum qui perſiſtit malitioſè in excommunicatione per biennium.ibid.§.5. 118
Si autem fuit excommunicatus ob cauſam hæreſis,tunc poſt lapſum anni habetur pro conuicto.ibid.§.6. 118
Summariè quid ſit,& ſi cauſa principalis eſt ſummaria,eius articuli ſunt ſummarii.in uerbo,ſummariè. 117
Taciturnitas pro confeſſione habetur.in uerbo,taciturnitas 119
Teſtes ſi ſe ſubtrahunt ſunt cogendi.in uerbo,teſtes.§.1. 120
Teſtis ſi confuſè deponit,iterum interrogetur.ibid.§.2. 120
Inquiri debet de inimicitia teſtium.in eod.§.
Propter quas inimicitias quis ſit repellendus a teſtimonio.ibid.§.3. 120
Hoc præcipuè relinquitur arbitrio iudicis.in eod.§.
Quæ dicantur inimicitiæ graues ſeu capitales.in eod.§.
Teſtis qui inuitus teſtimonium perhibet, non poteſt repelli tanquam inimicus in illa cauſa.ibid.§.4. 120
An ſit credendum teſti dicenti ſe inimicum illius contra quem interrogatur. ibid.§.5. 121
Teſtibus quanta fides ſit adhibenda, iudex magis ſcire poteſt. ibidem.§.6. pag. 121
Teſtium examinationi in crimine hæreſis debent intereſſe ſi fieri poteſt, duæ religioſę perſonę.ibid.§.7. 121
Non intelligitur ſtrictè de illis,qui religionis habitum ſuſceperunt. in eod.§. pag. 121
Teſtium dicta poſſunt ſcribi per duos idoneos viros deficiente notario.in eodem §.
Teſtis examinetur an credat quę deponit.ibid.§.8. 121
Teſtis examinetur ſi cognoſcit perſonam contra quam deponit .ibidem.§.9. pag. 121
Debet etiam examinari de aliis circunſtantiis.in eod.§.
Examinari debet etiam de cauſa ſcientię,quam ſi non reddiderit,non ualebit eius dictum.ibidem §.10. 122
Quæ ſit ſufficiens cauſa ſcientię.ibid.§.11. 122
Teſtis dicens unum extra iudicium, non ualet dicere contrarium in iudicio, ſed

ſed ſtatur priori dicto, niſi præſumatur hoc in fraudem feciſſe. ibidem. §. 12 pag. 122
Teſtis deponens aliquid contra ſe, habetur pro confeſſo. ibid. §. 13. 122
Minor xxv. annis poteſt examinari ex mero iudicis officio, & faciet indicium ad torturam. ibid. §. 14. 122
Mulier poteſt eſſe teſtis in criminalibus. ibid. §. 15. 123
Teſtis poteſt induci per iudicem ex mero ſuo officio contra reum ut condemnetur. ibid. §. 16. 123
Infames, excommunicati, & complices, admittuntur ad teſtificandum in crimine hæreſis, immo omnes indifferenter quantumcunque criminoſi. ibid. §. 17. & 18. 123
An meretrix admittatur. in eodem §. 18. in fi. 123
Teſtes quomodo ſint conteſtes licet uideantur ſingulares. ibid. §. 19. in fine.
Tortura non poteſt dari ab ordinario ſine Inquiſitore, vel e conuerſo, ſi ſui ad inuicem copiam habere ualeant infra octo dies. in uerbo, tortura. §. 1. pag. 124
Hoc tempus octo dierum incipit a tempore factæ requiſitionis. §. eodem.
Si Inquiſitor non poteſt habere copiam ordinarii uel è conuerſo, ut quia eſt in remotis, alter ſolus procedere poterit. ibid. §. 2. 124
Quomodo intelligatur in remotis. in eodem. §.
Si epiſcopus multum diſtat, nec eſt ibi aliquis officialis a quo poſſit haberi talis licentia, tunc ſufficit requiſitio facta ad locum habitationis. in eodem §. in fine.
Si ordinarius infra dictos octo dies non venerit, tunc Inquiſitor ſolus procedet ad torturam. ibid. §. 3. 125
Si ordinarius & Inquiſitor diſcordant, quia unus dicit torquendum, alter nō quid faciendum. ibid. §. 4. 125
Si ordinarius non vult conſentire torturæ niſi uideat proceſſum & indicia, an Inquiſitor teneatur ei communicare. ibid. §. 5. 125
In requirendo ordinarium ſufficit vna requiſitio, quæ fiet per nuntiū uel per epiſtolam. ibid. §. 6. 126
Et non eſt neceſſe in tali requiſitione exprimi terminum octo dierum. ibid. §. 7. 126
Delegatus ordinarii in crimine hæreſis non poteſt ſubdelegare alteri uices ſuas, ſed poteſt conſentire quod Inquiſitor procedat. ibid. §. 8. 126
Ante & etiam poſt talem requiſitionem ordinarius poteſt cōmittere Inquiſitori uices ſuas, ſed elapſis ipſis octo diebus non eſt neceſſe quod committat, quia tunc Inquiſitor poterit per ſe procedere. ibid. §. 9. 126
Si Inquiſitor ſine ordinario, uel e conuerſo procederet ad torturā uel ad ſententiam contra eos, contra quos procedit, totum eſſet irritum. ibidem. §. 10. pag. 126

Tortu-

Tortura debet eſſe moderata,& debet reſpici qualitatẽ perſonæ, an ſit fortis in reſiſtendo.ibidem.§.11. 127

Et debet ſeruari tortus incolumis innocentiæ,uel ſupplicio.in eodem.§.

Iudex non ſit facilis ad torturam ſi alia uia leuiori poteſt ueritas inueniri.ibidem,§.12. 127

Et debet incipere a magis ſuſpecto uel magis debili, & moderamen torturę eſt arbitrarium.ibid.§.13. 127

Si tortus dicat in tormentis,ſi ſtarem per decem annos nihil dicam, non debet propterea dimitti.in eod.§.in fi.

In occultis criminibus iudex debet eſſe facilior ad tormenta.ibid.§.14. 127

In his quæ fiunt in ſecreto, procedimus ex coniecturis & præſumptionibus. in eodem.§.

Tortura non poteſt dari niſi præcedãt debita indicia, & niſi ueritas non poſſit aliter haberi.ibid.§.15. 128

Quæ indicia ſufficiant non poteſt dari certa doctrina,ſed relinquitur arbitrio boni iudicis.ibid.§.16. 128

Et vtrum vnum indicium ſufficiat,uel plura requirantur, reſidet in pectore iudicis.in eodem §.

De indiciis ad torturam uide ibid.§.17. 128

Plura etiam alia de indiciis ad torturam habentur ibid. §.18. 19. 20. 21. & 22. 128.& 129

Quanta ſuſpicio requiratur ad torturam inferendam, iudex ex ſuo bo no & æquo iudicio arbitrabitur.ibidem.§.23. 129

Promittens aliquid alteri ne eum accuſet de morte pattis,poteſt poni ad torturam.ibid.§.24. 129

Vehemens infamia ſiue aliud indicium ſufficit ad torturam.in eodem §.

Loquens pauide trepidando,& uariando coram iudice,dum examinatur,poteſt torqueri.ibid.§.25. 129

Scribatur in actis, quod loquebatur trepidando, & balbutiendo, ac uariando,& ſcribantur iſtæ uariationes ac diuerſitates reſponſionum ſuarum. in eodem §.

Si quis minatus fuerit alicui de percutiendo eum,& demum fuerit percuſſus, & neſciatur a quo,ille qui minatus eſt,poteſt poni ad torturam.ibidem.§. 26.pag. 130

Et hoc præcipue quando minator eſt homo malæ conditionis.in eodem.§.in fi.pag. 130

Ideo iudex diſcretus caute proſpiciat iuxta loca,tempora, & perſonas. ibid. §.27. 130

Iudex debet eſſe valde prudens & ſubtilis inueſtigatur pro inquirenda ueritate. ibid.§.28. 130

Debet etiam interrogare de remotis circũſtantiis, fingendo ſe uelle facere

quod

quod tamen non vult,vt uideat quem actum facit reus qui examinatur.in eodem §.
Inculpatio ſocij eſt indicium ſufficiens ad torturam.ibidem §.29. 130
In crimine hæreſis poſſunt interrogari ſocij.in eod.§.in fi.
In tribus caſibus poteſt quis ſine indicis torqueri.ibidem.§.30 130
Clericus poteſt torqueri.ibidem.§.31. 130
In crimine hęreſis poſſunt torqueri,doctor,miles,& alii,qui ſunt in aliis criminibus exceptuati.ibidem.§.32. 131
Minor quattuordecim annis non poteſt torqueri.ibidem.§.33. 131
Licet ſenes decrepiti non ſint torquendi,poſſunt tamẽ torqueri in crimine hęreſis.ibidem.§.34. 131
Torqueri nõ debet mulier pregnans,& quid ſit faciendum quando aliqua dicit ſe eſſe prægnantem.ibidem §.35. 131
Tortura ſemel habita non debet reiterari,niſi noua ſuperueniant indicia. ibidem.§.36. 132
Intellige quando quis fuit ſufficienter tortus ſecundum indicia.in eodem §.in fine.
Quæ dicantur noua indicia.ibidem,§.37. 132
Quomodo indiciatus poſſit uideri an ſit ſufficienter tortus.ibidem.§.38. 132
Debet incipi a leui tortura,deinde deſiſtere,& proteſtari debet iudex, quod intendit ſuperſedere in tortura ex cęteris iuſtis cauſis, & repetere ipſam, ſi & quoties fuerit opportunum.in eodem §.
Iudex debet facere quieſcere torquendum deinde repetatur tortura. in eod. §.in fine.
Quando aliquis bis uel ter eſt tortus & nihil confitetur, debent haberi indicia pro purgatis.ibid.§.39. 132
Limita,niſi poſt torturam remaneat infamia uel ſuſpicio,quia tunc debet indici ei purgatio canonica.in uerbo,practica. 88
Iudex faciat apparere in actis torturam habitam fuiſſe cum moderamine,ſecundum quod indicia demonſtrabant.in uerbo,tortura.§.40. 133
Iudex nõ debet interrogare reum in ſpecie, an fecerit hoc,uel illud,ſed eſt interrogandus in genere,vt puta,quid fecit,uel quale delictum commiſit, ne uideatur reus ut inſtructus reſpondere.ibidem.§.41. 133
Dicens vnum uno ſero in tortura,& aliud alio ſero dicens,poteſt ſecure iterũ torqueri.ibidem §.42. 133
Iudex nõ parcat calamo, ſed faciat omnia quæ dicit reus,etiam iſtas varietates,ſcribi in actis.in eodem.§.
Confeſſio facta in tormentis,non valet, ſed debet ad banchum poſtea ratificari.ibidem.§.43. 133
Tortus debet quieſcere per vnam diem naturalem poſt torturam,antequam ratificet.in eodem §.

Vel

Vel erit in arbitrio iudicis facere ratificare eo tempore quo veriſimiliter ceſſauerit metus tormentorum.in eod.§. 133
Licet iudex examinans extra locum torturæ minetur reo inferri torturam, & reus confiteatur, non propter hoc dicitur confeſſio facta metu tormentorum.ibid.§.44. 133
Leuis tortura non eſt tortura.ibid.§.45. 133
Corda ſubtilis dummodo ſit fortis, eſt magis apta ad torturam quam groſſa. in eod.§.
Ratificatio dictorum in tormentis perſeuerata & iurata excludit omnem exceptionem.ibid.§.46. 134
Erit in arbitrio iudicis quomodo & quando veriſimiliter ceſſet metus tormentorum.in eod.§.
Nam ſatis eſt, quòd poſt tormenta reducatur ad locum publici iudicii & ibi confiteatur, dummodo non incontinenti poſt tormenta reducatur.in eodem §.
Et ſola ſuſpicio torturæ non eſt attendenda, quia aliàs nunquam valeret ratificatio.in eod.§.
Aliqui tormenta contemnunt, & alii impatientes potius mentiuntur, quod bene debet inſpici.in eod.§.
Si quis cum iuramento confeſſus eſt delictum, ſi poſtea negat, debet repeti in eum tortura.in eod. §.
Confeſſio facta in tormentis non præcedentibus indiciis etiam ſi poſtea reus eam ratificauit, non valet ad condemnandum.ibid.§.47. 134
Secus ſi ſponte & ſine tortura confeſſus fuiſſet, quia tunc valet.in eod. §.
Nam ex tali confeſſione ſpontanea, etiam non præcedentibus indiciis, poteſt damnari.in eod.§.
Si quis confeſſus eſt in tormentis, & poſtea negat, debet iterum torqueri. ibi. §.48. 134
Ponitur bona practica contra confitentem & poſtea negantem.in eod. §.
Si primo tortus dicit vnum, & ſecundo tortus dicit contrarium, debet tertio torqueri.ibid.§.49. 135
Reus ſemel confeſſus in tormẽtis, ſine nouis indiciis poterit iterum torqueri. ibid. §.50. 135
Qui primo confeſſus fuit & poſtea vult reuocare confeſſionem, debet probare contrarium.in eod. §.
Si non probat, cògitur perſeuerare in prima confeſſione per repetitionem tormentorum.in eod.§.
Non eſt opus in crimine hęreſis, quòd de nouo recipiantur probationes receptæ in generali Inquiſitione, prout dixit Bartolus.ibid.§. 51. 135
Nam illud dictum Bartoli procedit quando iudex procedit ad accuſationem alterius, & non ex officio ſuo, & quando pars debet citare ad videndum
iurare

iurare teſtes,quod in crimine hæreſis non contingit.in eodem §.
Tradere copiam indiciorum non tenetur Inquiſitor reo contra quem procedit in crimine hæreſis.in uerbo,tradere. 136
Verba hæreticalia proferens iocoſe aut per lubricum linguæ, poterit puniri arbitrio Inquiſitoris.in uerbo,uerba hæreticalia.§.1. 137
Impoſitio talis pœnitentiæ debet attendi ſecundum qualitatem perſonę,loci,aſtantium,& ſcandali.ibid.§.2. 137
Dicentes uel tenentes aliquid contra fidem,uel contra determinationem eccleſiæ,debent puniri ut hæretici.ibid.§.3. 137
Et hoc niſi ſint parati ueritate patefacta.in eodem §.
Et poſſunt ſe corrigere antequam ſint coram Inquiſitore, etiam ſi poſtea ſpōte ubiunt corrigi.ibidem.§.4. 137
Sed ſi negant & ſe conuinci patiantur,cenſentur pertinaces.in eod.§.
Non tamen habebuntur pro relapſis.in eodem §.
Vicarius generalis Epiſcopi non habet poteſtatem procedendi ſuper crimine hæreſis,niſi habeat ſpeciale mandatum,in uerbo,vicarius.§.1. 138
Si in hoc crimine appellabitur a Vicario habente ſpeciale mandatum,appellabitur ad delegantem Epiſcopum.in eodem.§.
Si Epiſcopus inſtituens Vicarium generalem,expreſſit in mandato aliquid de his quæ requirunt ſpeciale mandatum,ſequuta clauſula generali,uidelicet & omnia alia quæ nos poſſumus,etiam ſi mādatum exigerent ſpeciale. talis Vicarius poterit procedere in crimine hęreſis. & alia facere in dicto crimine quę poteſt epiſcopus.ibid.§.2. 138
Delegatus epiſcopi ſuper crimine hæreſis,nō poteſt ſubdelegare uices ſuas alteri quam Inquiſitori.ibid.§.3. 138
Poteſt tamen conſentire quod Inquiſitor ſolus procedat.in eodem.§. 138

F I N I S.

Series chartarum.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, a b c,

Omnes ſunt Quaterniones c Sexternio.

VENETIIS,

Apud Marcum Antonium Zalterium.

M D X C V I.